Lacrymâ rubicunda et fusca ; quam fundit vulneratus cortex, nec non fructuum succo acri et glutinoso, admixtâ calce, pictores utuntur ad lana gossypina variis figuris indelebili colore pingenda. Fructuum decoctio in lacte dulci pota scabiei, lepre, capitis dolori è causâ frigidâ, vertigini, colicis cruciatibus, aliisque affectibus è viscidâ, pituitosis, et flatulentis humoribus natis, conducit. Succus è fructibus et arboris cortice expressus, ac dentibus admotus odontalgiam sanat; nec non tumoribus frigidis applicatus cutem erodendo, ac vesiculas exitando (hæc seccus ac potentiale cauterium) eos aperit. At licet variis modis arbore hoc, ejusdemque partibus utantur Indigenæ, ex hisque medelatur variis affectibus quærant: nihilominus tamen inter Indos reperiuntur, quibus arbor hæc noxium est venenum, atque ex levî ejus tactu totum corpus mirum in modum intumescit; quod symptoma lacte, butyro, aut oleo assumpto, protinus mitigatur.

SPONDIAS MANGIFERA, *Willd. ; Fl. Br. Ind. II, 42 ; Roxb. Fl. Ind. II. 451*—Ambalam, *Rheede Hort. Mal. I t. 50*

Gojo-Âmbalò, Âmbádo, *Konk. ; Catona, Port.*

Fluxum menstrui suppressi promovet si radix pudendis mulieris

indatur. Cortex ejus tritus et in lacte acido epotus dysenteriae sistendae commodus, ad quod etiam juvat, si ejus succus misceatur cum oryza ex qua genus panis communi nomine, *Ajpa* dictus conficitur. Ligai decoctum proficacè datur in gonorrhœa. Foliorum succus cum fructu arboris trito auribus inditus eorum dolorem sedat.

XXV. MORINGEÆ.

MORINGA PTERYGOSPERMA, *Gærtu: Fl. Br. Ind.* II 43; *Hyperanthera Moringa, Roxb. Fl. Ind.* II. 368.—*Mourignon, Rheede Hort. Mal.* VI t. 11

Maisting, Konk. ; Moringa, Port.

Hujus folia et fructus in concoctione *caril* adhiberi solent. Insuper ex foliis, radicis cortice et fructu parantur pillule antispasmodicæ. Foliorum succus una cum pipere oculis immittitur contra vertiginem; qui zinziberi si addatur fugat febres. Tritus ex oryzae aqua cortex œdemati medetur, adjecto cumino odontalgia, et malarum tumori, per se vero venenato glirium morsui. Ejusdem et foliorum *Vallinaregam* succi naribus attracti maniam tollunt. Merus corticis Moringæ succus cum aqua et allio commixtus serpentes (cobras capellas) œdibus expellit; artuum ex frigore lancinationes oriundas, lenit epotus: Radix supposita abortum causat, cum allio et pipere subactus spasmo succurrit si temporibus allinatur. Folia si calida imponantur coleorum discedant tumores imo et venereos. Ulceribus apta sunt; apertæ autem et affectæ parti imposita lumbricos pedum (popularis in Persia et Guinea morbus est) evocant. Vino admixtus succus cum piscis aurætæ (Lusitani *d'aurada* vocant) sevo ebriosos à mero ingurgitatione vocat. Viridis hujus arboris succus omnibus artuum capitisque ex lue venerea ortam trahentibus doloribus opitulatur, foliorum succus vermes plaguesenicis in ulceribus euocat et expellit; ex butyro coactus herpetem aliosque morbos removet.

XXVI. CONNARACEÆ.

CONNARUS MONOCARPUS, *Linna: Fl. Br. Ind.* II 50—(1)
Perineurigiü, Rheede Hort. Mal. VI. t. 43

Tâll, *Konk.* ; Crica da velha, *Port.*

È nimio rigentibus frigore membris motum restitunt contrâsi fractus; quorum è lobis exprimitur oleum aphthis convenientissimum. Folia in balnei foamam decocta tumores resolvunt œdematosos; incantatisque succurrant hominibus; quod idem præstat ex aqua orizæ contrita radix, alias oleorum inserviens coctioni.

(2) Curigi-tali, *Rheede Hort. Mal.* VII t. 26

Tali dau kennaps, *Konk.* ; Crica da velha (trepadeira) *Port.*

Succus foliorum cum lacte ebutyrato, et chalibeato, hæmorrhoidibus medetur: fructus in febribus malignis, ad sedandos ardentissimos calores adhibentur.

XXVII. LEGUMINOSÆ.

CROTOLARIA RETUSA, *Lin.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 75; *Rorb. Fl. Ind.* III. 272.—Tandale-cotti, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 25.

Gâgri, Śama-pâspi, *Konk.*

Ex decocto lavamentum præparatur, pro febribus, tertianis præcipue chronicis. Radix in decocto data pituitam evocat, flatus discutit. Trita cum vino præstantissimum est anticolicum. Foliorum succus epotas febres symptomáticas ex colico dolore aufert, per vomitum nempe; hepar et sanguinem purificat.

C. VERRUCOSA, *Lin.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 77 ; C. angulosa, *Rorb. Fl. Ind.* III. 273.—Pee-tandale-cotti, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 29.

Bhaṭṭa-Gâgri; *Konk.*

Radix hujus trita et oculis apposita, memoriam reducat et corrigat: succus foliorum Mercurii fluorem diminuat.

C. LABURNIFOLIA, *Lin.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 84 ; *Rorb. Fl. Ind.* III. 275.—Nellon-tandale-cotti, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 27.

Gâgri, *Kouk.*

Vires ut supra (C. retusa).

C. QUINQUEFOLIA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 84; *Roxb. Fl. Ind.* III. 279.—Wellia-tandale-cotti, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 28.

Gâgro, *Kouk.*

Vires ut supra (C. retusa).

MELILOTUS PARVIFLORA, *Desf.*; *Fl. Br. Ind.* II. 89; *Trifolium Indicum*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 388.—Suendadi-pallu, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 40.

Per distillationem aqua elicitor fragrantissima. Fractus in pulverem redacti, artuum lassitudinem adjuvant.

INDIGOPERA ASPALATHOIDES, *Vahl*; *Fl. Br. Ind.* II. 94; *I. aspalathifolia*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 371.—Manneli, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 37.

Tippoli, *Kouk.*

Folia ab indigenis adhibentur in concoctione *cardi*. Ex integra hac planta cum lacte ebutyrato lavamentum conficitur, femorum resolvens tumores, phlegmonodes, oedematodes. In crizæ lotura aposema præparatur ventris inflationem auferens altamque emolliens. Ex cineribus lixivium elicitor, quoenum sordes capitis expurgantur. Folia trita abcessus resolvunt vel aperiunt. Ex radice oleum extrahitur, quo caput in erysipelate perungitur.

I. HIRSUTA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 98; *Roxb. Fl. Ind.* III. 376.—Kattu-tagera, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 30.

Ex hac planta decoctum conficitur antiphreniticum.

I. TINCTORIA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 99; *Roxb. Fl. Ind.* III. 379.—Ameri, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 54.

Niç, *Kouk.* Anileira, *Port.*

Ad dolores calculi nephriticis mitigandos servit. radix in decocto

data. Eadem et viribus veneni obsistit decocta cum aqua *lanie*, scilicet teneri coqui *Indici*, et epota. Folia in difficultate mingendi juvant si trita cum aqua ventri applicentur. *Amé*, vulgè dicta *Indigo*, quæ ex foliis paratur, pro exsiccandis tumoribus proficua.

TEPHROSIA PURPUREA, *Pers.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 112 ; *Gallega purpurea*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 386.—*Colinil*, *Rhede Hort. Mal.* I. t. 55.

Sarapanik, *Konk.*

Succus ex ea extractus addito momento mellis servit pro oris pustulis, ore cum eo peruncto. Radix trita et decocta in lacte Coqui *Indici* conducit in morbo sacro factâ perunctione.

SESBANIA ÆGYPTIACA, *Pers.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 114 ; *Æschynomene Seshan*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 332.—*Kedangu*, *Rhede Hort. Mal.* VI. t. 27

Kenamg, Kanânga, *Konk.* ; Fructa de agarão, *Port.*

Vires si spectemus, cum proximè (*Stereospermum chelonoides*) descripta arbore conveniunt ; teneriores tamen siliquæ calefaciunt intestina. Confectum balneum é foliis, omnes discutit tumores. Epileptici, siphthisque laborantes pueri, florum sacco facillime curantur.

S. GRANDIFLORA, *Pers.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 115 ; *Æschynomene grandiflora*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 331.—*Agaty*, *Rhede Hort. Mal.* I. t. 51.

Agástó, *Konk.*

In podagra proficua, si ex partibus ejus contritis fiat decoctum cum oleo, ac eo pars affecta perungatur. Radix mixta cum urina vaccæ humores tumoresque membrorum resolvit, iis apposita. Arboris corticis succus in ore detentus, idem cum melle permixtus prodest pro angina et oris pustulis, si cum eo guttur et os abluatur. Cortex coctus cum aqua et comestus pro variolis conducit. Foliorum succus naribus immisus juvat in febribus quartanis et inveteratis die paroxismi. Foliorum decoctum epotum pituitam et phlegma, nec non

humores biliosos expurgat; in vertigine capitis et colera conducit, si folia cocta in aqua edantur. Flores in decocto proficue dantur pro catarrhō, quin etiam hoc modo ad luxuriam incitare ferunt; eorum succus oculis inmissus pellit nubeculam ac visum noctu precipue reddit.

ZORNIA DIPHYLLA, *Pers.*; *Fl. Br. Ind.* II. 147; *Hedysarum diphyllum*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 353.—Nelam-mari, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 82, 83.

Singári, *Konk.*

Apozema ex hac planta pro algidis preparatur febribus.

SMITHIA SENSITIVA, *Ait.*; *Fl. Br. Ind.* II. 148; *Roxb. Fl. Ind.* III. 342.—Tsiovanni-manneli, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 38.

Damapán, *Konk.*

Unguentum ex tritis hujus foliis et recenti butyro, secundum artem preparatum abscessus tollit phlegmonodes, quos si concomitentur febres, decoctum praescribitur, ex hujus radice, gingibere et pipere.

ÆSCHYNOMENE INDICA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 151; *Hedysarum Neli-Tali*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 365.—Neli-tali, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 18.

Najabí, *Konk.*

Lavamentum ex hac planta conficitur antivulnerarium.

ABRUS PRECATORIUS, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 175; *Roxb. Fl. Ind.* III. 258.—Konni, *Rheede Hort. Mal.* VIII. t. 39.

Lahán guñji, Guñji, *Konk.*; Fructa conteira, *Port.*

Folia cum calamo aromatico cum aqua vel oleo incocta, lancinantes ex pituita salsa et acri ortos dolores sopiunt. Eorundem pulvis insolatione tostus et cum saccharo deglutitus, acriorem mitigat tussim. Succus expressus membrorum dolores ex frigore ortas abigit, crassos lentosque humores discutit, si cum lacte vaccino, oleo *sergelim*, pipere longo et zinzibere ad linimenti consistentiam redigatur. Radix cum cumino in aqua levigata et assumta tenacem intestinorum pituitam incidit ac corrigit. Fructus radici admixtus cum lacteo nucis Indicae succo, hæmorrhoidibus adversatur.

MUCUNA GIGANTEA, *D. C.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 186; *Carpopogon giganteum*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 286—*Kaku-valli*, *Rheede Hort. Mal.* VIII. t. 36.

Káiroli, Khátkhútlí, *Konk.* ; *Fava coccirá*, *Port.*

Hujus plantæ virtus in arthritide conspicua est : ejusdem folia gravidas mulieres a capitis vertigine liberant, quippe et in aqua orizæ decocta superfluos humores exsiccant : illius cortex cum zinzibere sicco, fractaque *caringolæ* contritus et in oleo *fosule de inferno* ac *Bepu* coctus oleum elargitur, quod modulæ spinali inunctum icheumata ac nocivos catharros compescit: Ejusdem nucleus rejecta interiori cuticula vaccino lacte ac butyro recenti coquendo periniscetur in unguenti consistentiam, contra pustulas et ulcuscule in mulierum præsertim pudendis prodeuntia; idem cum planta *Felis Oculis* dicta in orizæ lotura et ebutyrato lacte decoctus unguentum contra articulare morbum præbet; idem efficit radix si cum radice *Carimbolæ* et *Caniram* ac foliis *Monia* in linimenti forma usurpetur; vel si cum tamarindorum cortice et zinzibere sicco pulveretur, atque primo lactis sero, dein simul oleo *Bepu* incoquatur ad linimentum.

M. PRURIENS, *D. C.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 187 ; *Carpopogon pruriens* *Roxb. fl. Ind.* II. 187—*Nai-corana*, *Rheede Hort. Mal.* VIII. t. 35

Gilo, Khátkhútlí *Konk.* ; *Fava coccirá*, *Port.*

Radix decocta et assumta urinam promovet ; cum oleo concocta dolores arthriticos sedat ; morbum sacrum, facta perunctioe sanat ; cum radice *Cocciul* et oleo insigne remedium est pro urina purulenta : *Folia* trita et apposita, summo cum successu in ulceribus adhibentur. *Fabæ* comestæ motus excitant venereos.

ERYTHRINA INDICA, *Lamb. Fl. Br. Ind.* II. 188; *Roxb. Fl. Ind.* III. 249—*Mouricou*, *Rheede Hort. Mal.* VI t. 7.

Pañgiro, Pañgero, *Konk.* ; *Folhas da trindade*, *Port.*

Usus harum arborum si consideres varius est ; primo lignum Malabarensis in easium ac cultrorum efformant vaginas ; imo ipsa perspicilla, in co, ope lapidis calcinati expolire solent. Una cum cortice indi-

genae ad vestium *Sarassav* dictorum; lotionem, flores in confectionem *aril* adhibent. Ceterum folia pulverisata, ac matura cum nucis *Indica* cocta donec unguenti crassitudo fit, veneris consumunt bubones; dolores ossium sedant. Contrita folia temporibus applicata ophthalmiae opitulantur et ulceribus. Mixta cum saccharo impuro quod *jagra* vocant intolant, estque saccharum quod ex arboris *palmeira* succo dicto *sura* excoquitur et in nigros trochiscos formatur; ventris dolores praesertim feminis reprimunt; quod praestat cortex aceto laevigatus, et nucleus pellicula rubra denudatus, si deglutatur. Foliorum succus cum oleo *sergelium* assumptus, dolores levat venereos, cum oryzae infusione haustus, fluxus tenet; cum foliis *Beteira* in pulvem redactus vermiculos in vastis ulceribus praefocat; ex oleo coactus sporam et pruritum tollit.

BUTEA FRONDOSA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* II. 194; *Roxb. Fl. Ind.* III. 244—Plaso, *Rheede Hort. Mal.* VI t. 16 17.

Pajasú Pajas *Konk.*; Favas de engenho, *Port.*

Lignum et folia gentiliium caeremoniis inserviant. In pulverem redacti fructus, assumpti lumbricos educunt, cortex eo modo cum zinzibere exsiccato, exhibetur in morsu viperino.

CANAVALIA ENSIFORMIS, *D. C.*; *Fl. Br. Ind.* II. 195; *Dolichos gladiatus*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 300—Bara-mareca, *Rheede Hort. Mal.* VIII. t. 44

Dála-vajú, *Gheuço, Konk.*; Favas dos pares sativo, *Port.*

Hujus folia in aqua *orizae* vel immaturae nucis *Indicae* succo contrita praecipitantur cachecticis; ex fructibus autem cum zinziberis sicci ac *piperis* longi mixtura fiunt pillulae antispasmodicae; ex iisdem, dempta interiori pellicula cum cortice *Muringu* trituratis, conficitur linimentum antiartariticum, quippe hujus plantae praesentia in arthritide elucescit, vel etiam cum radice *Vallae*, calamo aromatico, cortice maturo fructus *Arêke* dicti *Pinang* in aqua oryzae *patsgeri* et oleo foliorum de *Enferno* mixtis, vel etiam cum *curcuma*, *cynoglossa* Malabarico aliisque, lacteo *Indicae* nucis sucto, ac oleo foliorum de *Enferno*, vel denique cum tribus *Alu* speciebus *oryzae* lotura ac dicto oleo copulatis.

C. OBTUSIFOLIA, *D. C.*; *Fl. Br. Ind.* II. 196; *Dolichos ob-*

(BLANK PAGE-NO CONTENTS)

(BLANK PAGE-NO CONTENTS)

Lignum foco inservit. Balneum ex foliis paratum flatas, arthritidisque dolores, suffitus febrem depellit. Eorum levis succus in tempore adhibitis, venenatos curat serpentium morsus.

DERRIS SCANDENS, *Benth.*; *Fl. Br. Ind.* II. 240; *Rozb. Fl. Ind.* III. 232—Noelvallii, *Rhæde Hort. Mal.* VI. t. 22.

Sãlori Kouk; Folhas do porco, *Port.*

Comestæ immixtas fabæ alvum cum torminibus solvant; Folia in cataplasma redacta erisipelati conducunt. Cortex cannabis amulans in funes redigitur.

CÆSALPINIA BONDUCELLA, *Fleming*; *Fl. Br. Ind.* II. 254; *Rozb. Fl. Ind.* II. 357—Carutti, *Rhæde Hort. Mal.* II. t. 22.

Tiriãgoesi Gãjri, *Kouk.*

Radix et cortex contriti et in decocto dati pro tumore hernioso conducunt, ad quod etiam serviunt folia trita et in lacte acido epota, seu etiam si una cum Coquo Indico trita ignique admota partibus herniosis apponantur. Fabæ tritæ atque cum lacte Ooqui Indici mixtæ pro herniosis quoque conducunt ventri interiori applicatæ; eodem in pulverem redactæ et cum vino epotæ in hernia quoque prosunt, ac insuper flatus dissipant, dolorem colicum sedant ac stomachum debilem confortant, quin et in pulverem tostæ ac in vino dâte mensuris mulierum provocandis serviunt. Ipsa medulla fructuum quoque in calculo prodest in pulverem facta et in vino data; in morbis endemicis eodem quoque modo usurpata.

C. NUGA, *Ail.*; *Fl. Br. Ind.* II. 255; C. paniculata, *Rozb. Fl. Ind.* II. 364.—Kaka-Mulu, *Rhæde Hort. Mal.* VI. t. 255.

-- Tikãnto, Vãkeri, *Kouk.*; Grão do veadõ, *Port.*

Medicus ejus usus plane incognitus, nisi quod cortex ex lacte contritus vaccino diabetem, gonorrhæamquæ persanct.

C. SAPPAN, *Linna*; *Fl. Br. Ind.* II. 255; *Rozb. Fl. Ind.* II. 357—Tocapan-gam, *Rhæde Hort. Mal.* VI. t. 2.

Chiapan-gam, Pãtauãg, *Kouk.*; Pau de sapan, *Port.*

(BLANK PAGE-NO CONTENTS)

(BLANK PAGE-NO CONTENTS)

ebullitio, sitis infesta, morbi cutanei et presertim morbus regius grauatatur, in quibus malis simplex medicamentum ex cassia fistula cum tamarindo unâ cum saccharo vulgo dicto *jaggâ de Cana* datur, quod leniter alvum laxat ac purgat. Cortex tritus et cum aqua orizæ in unctionem corporis permixtus humoribus superfluis dissipandis confert.

BAUHINIA TOMENTOSA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* II. 275; *Roxb. Fl. Ind.* II. 323—*Catschena-Pou*, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 35.

Kamtsami, Kâl davo âpto, *Kouk*.

Radix servit pro parotidibus aut strumis trita et iis apposita. Radicis cortex decoctus et epotus proficua est pro phlegmate, ventris vermibus, hepatis inflammatione, uti et pro hæmorrhoidibus. Idem cortex et parotidibus appositus tumorem tollit, ac eod. modo usurpatus confert in vulnerum sanatione et carnem adducit.

B. ACUMINATA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* II. 276; *Roxb. Fl. Ind.* II. 324—*Velutta-Mandaru*, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 34.

Davo-Mandaru, Davo âpto, *Kouk*

In aqua decocta facta lotione pellit humores corporis; proficua quoque est pro ulceribus asmandis trita et iis apposita. Radix in oleo decocta facta per unctione pustulas parvas in auricula natas sanat. Eadem dentium dolorem sedat mansa et iis apposita. Cortex decoctus cutaneus corporis pruritus lotione sedat. Flores cum pipere triti et fronti appositi conferunt pro dolore capitis.

B. MACROSTACHIA, *Wall.*; *Fl. Br. Ind.* II. 281; *B. scandens*, *Roxb. Fl. Ind.* II. 326—*Naga-valli*, *Rheede Hort. Mal.* VIII. t. 29.

Sarapvel, *Kouk*; Trepadeira da cobra, *Port.*

Planta hæc cum lacte et recenti butyro trita ac capiti inuncta cephalalgiam, ac cum aqua naves tum oculos corrodentem catharrum edulcorant; gemmæ cum minio et alumine mediante oryzæ lotura in pilulas formantur pro oculis ex cephalalæa tumentibus et inflammatis; cum succo *Carabola* contritæ parotides internasque glandularum tumores immittunt; radix cum aqua oryzæ et butyro recenti pro frontale adhibita idem præstat.

B. PURPUREA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 284 ; *Rozb. Fl. Ind.* II. 320—Chovanna-Mandaru, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 33.

Tambiço-Mandarü, Tambiço äpto, *Konk.*

Radix mastiçata confert in dentium et capitis doloribus trita et apposita pro dolore arthritico, cum zincibere siens trita et in unctione adhibita pro runceline ex pituita oborta, in decocto data. Foliorum decoctorum vapor dolores corporis sedat in parte affecta exceptus. Flores simpliciter comesti purgativi sunt. Cortex flores et fractus simul triti et mixti cum aqua in qua macerata fuit oryza, servintur apostematibus aperiendis et maturandis.

B. VARIEGATA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 284 ; *Rozb. Fl. Ind.* II. 319—Chovanna-Mandaru, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 32.

Tambiço-Mandaru, Tambiço äpço, *Konk.*

Radix in decocto data flatus discutit et lumbricos in pueris euectat, hoc modo sumpta cum saccharo et melle pellit tussim et pituitam solvit. Cortex contritus ac cum aqua, in aqua oryza lota est, in lotionibus adhibitus, humoribus evocandis confert. Flores cum saccharo decocti proficue usurpantur loco sacchari rosati pro leni purgativo.

NEPTUNIA OLERACEA, *Lour.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 285 ; *Mimosa natano*, *Rozb. Fl. Ind.* II. 353—Niti-todda-vaddi, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 20.

Lajri, *Konk.*

In decocto data stomachum corroborat, in febris urinum provocat et arthriticum sedat dolorem ; trita cum butyro apostematata digerit.

ADENANTHERA PAVONINA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 287 ; *Rozb. Fl. Ind.* II. 370—Mandojali, *Rheede Hort. Mal.* VI. t. 14.

Gunjji, Vhadoli gühji, *Konk.* ; *Mangelius, Port.*

In usu quotidiano lignum ob soliditatem variis operibus inseritur. Foliis in pulverem reductis gentiles in ceremoniis utantur. Semina vero laud ingrati saporis præter quod à plebeis sive cocta, sive commi-

nata in firmum, concedantur, magnum præstant usum auri fabricæ et gemmarum, quippe ob se qualitatem, granorum vice in ponderatilibus mercibus adhibentur, singula utique *Marsipina*, licet nullo ob linguæ ignorantiam ita exprimitur, quatuor pesulet grana, quilibet utuntur aurofabi: qui quoque exentasis hæc seminis aqua malefactis, una cum bonæ gluten adelegantiori cum nova, tum diffracta vase congruenda conficiunt. Medici vero è foliis contritis potionem lumborum sedantem dolorem patere norant.

ACACIA INTSIA, *Willd. : Fl. Br. Ind. II. 297* ; Mimosa Intsia, *Roxb. Fl. Ind. II. 365*—Intsia, *Rhede Hort. Mal. VI. t. 1.*

Kakusi, Chitar, *Kook* ; Espinhos dos marcilhos, Espinho dos monnos, *Port.*

Ex frondibus et cortice succus cum p^ossillo salis exhaustus ventris sedat dolores, ipse cortex epistis kicamento utilis additur: qui in pulverem redactus summo cum levamine ulcibus inspergitur.

ALBIZZIA ODORATISSIMA, *Reuth. : Fl. Br. Ind. II. 339* ; Mimosa odoratissima, *Roxb. Fl. Ind. II. 546*—Waga, *Rhede Hort. Mal. VI. t. 5.*

Sigi Siras, *Kook* ; Favas de Lazaro, *Port.*

Hujus arboris succus uno cum limonis, et virente curcuma in macis Indice olei dinstus coctus, illinendo prodest lepræ, multo insuper usus in ulcibus est inveteratis.

XXVIII. RHIZOPHOREÆ.

RHIZOPHORA MUCRONATA, *Lamk. : Fl. Br. Ind. II. 435* ; R. Mangle, *Roxb. Fl. Ind. II. 459*—Pee-Candel, *Rhede Hort. Mal. VI. t. 34.*

Ala künde], künde], *Kook* ; Salgueira mainato, *Port.*

Vires ususque cum proxime (*Brugiera gymnorhiza*) descripta coincidunt.

KANDELIA RHEEDI, *W. de A., Fl. Br. Ind. II.* 437—Tsjerou-Kandel, *Récode Hort. Mal.* VI. t. 33.

Maha-kandel, *Kand.*; Salgpeira maior, *Paot.*

Lignua combustioni inservit: cortex vero cum exsiccato zinzibere aut pipere longo, *tripali* vacanti indigere, et aqua rosarum contritus, diabetea curat.

BRUGUTERA GYMNOBIZA, *Laub. : Fl. Br. Ind. II.* 437; Rhizophora gymnobiza *Roch. Fl. Ind. II.* 440—Candel, *Récode Hort. Mal.* VI. t. 31, 32.

Kandel, *Kand.*; Pau selgado menor.

Radices lincoum inserviunt tincturis, ut folia agrorum stercoreatione. Cortex, quo utuntur evisci et lotrices ad vestes purgandas, si ex oleo teratur dulce crassitudo sorbium fiat, illuc linit utraque lassitudines. At hinc et butyro resinae exceptas, opotulatur ex hepate alba (ut vulgus bepi amat) hinc; si applicetur.

B. CARYOPHYLLOIDES, *Blanco: Fl. Br. Ind. II.* 438—Kari-Kandel, *Récode Hort. Mal.* VI. t. 33.

Savó Kandel, *Kand.*; Salgpeira sativo, *Paot.*

Decidui fructus, ut in *Candel* eadem modo se irradiant: teneriores in edulis sunt. Cui in sale exsiccati etiam cum nucis nucleis eduntur. Cortex autem in suo lactis decoctus intestinarum tormina, dolores, et dursque, tollit. Hinc et in fructibus affinis *Delobantha zeylan.* oleum *Masotti* in vulnerarium unguentum componitur. Ridem si cortices minutim nucis Indicae ac viridi—nucis fructu adlii, contritum per aqua decoquantur pura, apertis, si us ea elidat se, us, melleant.

XXIX. COMBRETACEÆ.

TERMINALIA CATAPPA, *Linn. : Fl. Br. Ind. II.* 444; *Roch. Fl. Ind. II.* 450—Adamaram, *Récode Hort. Mal.* IV. t. 3, 4.

Jiba, Bengáli ámenáchéon jháb, *Kand.*; Pinda, *Paot.*

Ex foliis arboris placentulas conficere norunt Indigenæ, quas comedunt : foliorum succus cum oryza infuso mixtus et exhibitus humores biliosos temperat, capitis dolorem ex læsa alimentorum in vèntriculo fermentatione ortum sanat, nec non acerrimis doloribus cæcici meliorat. **E** foliis tenerioribus, et succo lacteo uncis Indicæ angusturam fit contra scabiem, lepram, impetiginem, similesque affectus cutaneos : eademque folia oleo palmæ oblita, ac foris gutturi imposita faucium tumores resolvunt. Fractum nuclei in deliciis comeduntur, ex lique lac emulgetur uti ex amygdalis, necnon oleum exprimitur oleo amygdalorum persimile, præterquam quod nunquam rancorem contrahit.

T. BELERICA, *Roxb., Fl. Br. Ind.* II. 445; *Roxb. Fl. Ind.* II. 431—Tani, *Rheede Hort. Mal.* IV. t. 10.

Gojiंगा, *Konk.* ; Bibarola, *Port.*

Fractum nuclei in edulis sunt : iique in pulverem radacti endemiæ illi cachexiæ (quæ *Piter* Insularis appellatur) medentur, atque oculorum vitia emendant : adhuc expressam ex iisdem oleum capillos firmat capiti innectum. Arboris cortex antidotum habetur noxio veneno, quod ex arbore *Katou-Tsjeron* seu *Rana-biba*, ejusve fructibus quocumque modo contrahitur : isque minutissimè contritus, addito asæ fetidæ pauxillo, tunc exhibetur. Insuper corticis hujus et radicis succus cum oryza et lacte decoctus et exhibitus, colicorum dolorem sanat,

XXX. MYRTACEÆ.

PSIDIUM GUYAVA, *Lin.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 468 ; (1) *Var.* pyramiferum, *Roxb. Fl. Ind.* II. 480—Pela seu Guajabor, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 31.

Per, *Konk.* ; Gnaivas, Pera, Goaveira, *Port.*

(2) *Var.* pomiferum, *Roxb. Fl. Ind.* II. 48—Malacha Pela, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 35.

Per, *Konk.* ; Pera de Malacca, *Port.*

Ex foliis hujus arboris in aqua coctis balneum conficitur, quod sua

oliditate sudores movendo febrem sanat. Nec non è corticibus radicibusque decoctum paratur, quod subinde assumptum viscerum obstructions referat, aquas hydropicorum ducit, et ieterum tollit. Fructus in aceto vini cocti diarrhæam ac dysenteriam sistunt: irilemque matroni avidè comeduntur, et in bellariis esse solent, alvumque laxant.

EUGENIA MALACCENSIS, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 471; *Roxb. Fl. Ind.* II. 483—Nati-Schambu, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 18.

Jañb, Mäläkácho jañb, *Konk.*; Jambiro de Malacca, *Port.*

Cortex ejus tritus et in lacte acido epotus dysenteriam sistit.

E. JAMBOS, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 474; *Roxb. Fl. Ind.* II. 494—Malacca Schambu, Jambu de Malacca, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 17.

Jañb, *Konk.*; Jambiro, *Port.*

Ejus decoctum in aqua servit pro fissuris oris si cum eo abluatur.

E. ZEYLANICA, *Wight*; *Fl. Br. Ind.* II. 485; *E. Glandulifera*, *Roxb. Fl. Ind.* II. 496—Beluta-Kanneli, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 20.

Dhavi Bhedsi, *Konk.*; Fructa cauri, *Port.*

Arboris folia siccata, et in pulverem redacta, atque cum lactis acro exhibita, diarrhæam sanant: ex foliis in aqua coctis balneum paratur contra quoscumque articularum dolores.

E. CARYOPHYLLÆA, *Wight*; *Fl. Br. Ind.* II. 490—Njara, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 27.

Bhedsi, *Konk.*; Gibique, Grão de gato, *Port.*

Arboris radix variis modis usurpatur ad ocnlorum, palpebrarum que affectus curandos

E. JAMBÓLANA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II. 499; *Roxb. Fl. Ind.* II. 484—Periu-Njara, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 29.

Jañbál, Madanaka, *Konk.*; Jambuleiro, Grão de gato, *Port.*

Ex arborea cortice in aqua cocto fit oris collatio pro aphthis. Radix siccata, pulverisata, et exhibita diarrhoeam, dysenteriam et tenesum curare dicitur. E fructibus in aqua coctis gargarismus conficitur, faucium affectibus talendis utile.

BARRINGTONIA RACEMOSA, *Blume*; *Fl. Br. Ind.* II. 567; *Rarb. Fl. Ind.* II. 632—Samstravadi, *Rheed. Hort. Mal.* IV. t. 6.

Salapullu, *Kook*; Rosario de jumbo, *Paol*.

Ceterum Ethnici Jagues seu peregrinatores superstitionibus addictissimi, florigeris ac fructiferis hujus arboris culibus sese coronant, eosque de collo suspendunt ac seors. faciunt: adhuc fructiferi la caules ipsis sunt ad precas numerandis, quod observantes Lusitani arborem ipsam *Rosarios* dicunt. Porro folia in edulis sunt: succus e foliis expressus, et cum oleo palmæ in rugentem consistentiam coctus scdum sanat si eo pars affecta ungatur. Nuclei fractum in pulvereo religuntur, isque diarrhoeam sanat si cum fimo equino, saccharo, et lacte ebullito mixtus exhibeatur: si vero cum xinzibere et succo limonum sumatur, tenesmo medetur; urinae humanae si admisceatur quatersemque venenis aptidota est: cum vino si propinetur, colicam praetermissam sanat: cum aqua urinas et exhibitis, vel foris applicatis, haemorrhoidum dolores placat: tandem cum lacte muliebri epotas vomitum excitat, necnon internum, aliosque morbos biliosos curat, et oculis adhibitus eorum affectibus conducit.

B. ACUTANGULA, *Gaertn.*; *Fl. Br. Ind.* II. 508; *Rarb. Fl. Ind.* II. 635—Tajeria Samstravadi, *Rheed. Hort. Mal.* IV. t. 7.

Geandû-salapullu, *Kook*; Rosario bravo, *Paol*.

Arboris hujus lignum durum est, et solidum, ab ipis Jagues accommodatum: ceteræ vero partes eundem plane usum habent cum Samstravadi.

CAREYA ARBOREA, *Rarb.*; *Fl. Br. Ind.* II. 511; *Rarb. Fl. Ind.* II. 638—Pelon seu Guayabo sylvestre, *Rheed. Hort. Mal.* III. t. 36.

Pejomarta, Kosihiyo *Kook*; Pera brava, *Paol*.

Arbor ~~hæc~~ in medicina ob venenosam qualitatem nullam habetam; cortice tamen apri delectatur, quem in finem venatoribus in uso est.

XXXI. MELASTOMACEÆ.

OSBECKIA OCTANDRA, *D. C.*: *Fl. Br. Ind.* II. 521; Tsjerua Kudli, *Rheed. Hort. Mal.* IV. t. 44.

Dhaki nakeri, *Kook.*: Fructa da gralha poquento, *Port.*

Ex arboris cortice, foliis, floribus, fructibusque in sesami oleo coctis, oleum conficitur, quod aphthis, lingue fissuris, venarum palati gingivarumque pustulis ac phlyctenosis potenter meliatur. Mlesaque epilepsiam, apusum cynicam, similesque affectus curare dicitur, si caput eo illiatur.

MELASTOMA MALABATHRICUM, *Linn.*: *Fl. Br. Ind.* II. 523; *Roch. Fl. Ind.* II. 495—Kudali, *Rheed. Hort. Mal.* IV. t. 42.

Nakeri, *Kook.*: Fructa da gralha, *Port.*

Ceterum liqui hujus arboris carbouibus nuntur in purgatione pulveris pyrii. Floribus gentiles litare solent in templis Veneri dicatis ipsisque *Mogoli* dielis. Fructus matri ob heligenis coalescuntur: hæc quoque panni gossypini purpureo tinguntur colore. E foliis tenerioribus in oleo coctis nungentum conficitur, aphthis, similibusque oris et gingivarum affectibus sanandis conveniens. Foliarum succus cum oryze infuso exhibitus colicam passivam sanat.

MEMECYLON EDULE, *Roch.*: *Fl. Br. Ind.* II. 563; *Roch. Fl. Ind.* II. 26—Kasjavo Maran, *Rheed. Hort. Mal.* V. t. 19.

Surani, *Kook.*: Pilius, *Port.*

Ex arboris foliis cum viridi ementia in oleo coctis linimentum conficitur, hydatidibus pellendis utile; foliarum succus cum butiris pone aures positus lipitadinem curat. Ex radice in oleo cocta litus paratur contra arthritidem et cephalicam.

XXXII. LYTHRACEÆ.

AMMANNIA ROTATA, *F. Meell.*: *Fl. Br. Ind.* II. 567—Ene-

pucl, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 81.

Butyro recenti commixta abscessus hæc planta ad maturitatem perducit.

LAWSONIA ALBA, *Loak.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 573 ; *L. incensis Roxb. Fl. Ind.* II. 250—Mail-auschi, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 40.

Methi, Pólchi methi, *Kook.* ; Henna, *Port.*

Radix in decocto data conducit in doloribus pedum ex podagra natis. Folia in decocto cum saccharo data, seu simpliciter et in lacte epota conferunt pro ieteri. Succus ex foliis expressus et in lacte vaccæ cum saccharo epotas, infantibus materiam albam et purulentam prodest.

LAGERSTREEMIA FLOS-REGINÆ, *Retz.* ; *Fl. Ind.* II. 577 ; *L. reginae, Roxb. Fl. Br. Ind.* II. 505—Adumboe, *Rheede Hort. Mal.* IV. t. 20, 21.

Sotlári, *Kook.* ; Catapinaea da setra, *Port.*

Ex arboris radice in aqua decocta Gargarisma conficitur, quod palati orisque ulcensulis, necnon quibuscunque faucium affectibus medetur. Ex eadem radice decocta, et deia contusa cataplasma fit, quod tumoribus impositum potenter eos emollit ac maturat. Ex arboris cortice, foliis, ac floribus cum aqua communi decoctio paratur que pota hepatis, lienis, aliorumque viscerum obstructions aperit, et aquas hydropicorum per alvum ac urinam potenter ducit. Semen haud secus ac coriandri semen capiti infestum est, ac vertiginem ebrietatem, similesque affectus producit.

SONNERATIA ACIDA, *Linn. f.* ; *Fl. Br. Ind.* II. 579 ; *Roxb. Fl. Br. Ind.* 506—Blatí seu jambos sylvestris *Rheede Hort. Mal.* III. t. 40.

Ámbeti, *Kook.* ; Jambo do mato, *Port.*

Succus e fructibus expressus, et melli admixtus aphthis medetur, necnon febricitantibus aestum potenter compescit. E. foliis contasis cataplasma conficitur, quod capiti raso in febribus continuis impositum somnum conciliat lo delirium solvit.

XXXIII. ONAGRACEÆ.

LUDWIGIA PARVIFLORA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* II 538; *Roxb. Fl. Ind.* I. 419—Caramba, *Rheed Hort. Mal.* II t. 49.

Bhūm̄ya-vāyāngi, *Konk.*

Planta trita et in lacte acido epota sistit fluxum dysentericum. Eadem trita ac capiti adnota ejus dolorem sedat. Ejus decoctam epotam flatibus dissipandis, urinæ cieſe, ventri purgando, ac lubricis enecandis servit. Succus ejus cum lacte dulci sumptus proficiens est pro renum calore seu ardore. Semina in pulvere cum melle data tussi prosunt.

XXXIV. SAMYDACEÆ.

CASEARIA TOMENTOSA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* II 593; *Roxb. Fl. Ind.* II. 421—Anavinga, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 50 et ? IV t. 49.

Bedst, *Konk.*; Fructa cauri do mato, *Port.*

Succus è fructibus hujus arboris expressus, et exhibitus sudores movet, ac morbis malignis meletar; nec non laxam servat alvum. E foliis in aqua coctis balneum fit, quibuscumque articularum doloribus tollendis utile.

XXXV. PASSIFLOREÆ.

MODECCA PALMATA, *Law*; *Fl. Br. Ind.* II 603; *M. ta'e-rosa*, *Roxb. Fl. Ind.* III 134 (1) *Modecca Rheede Hort. Mal.* VIII t. 20.

Bhūm̄ya kumvāli *Konk.*; Narola, *Port.*

Succus expressus cum lacte coci Indici sumptus angustias pectori tollit; radix trita cum *Parment* et aliis in oleo decocta ac interna in hiis artus corroborat, vires naturales auget; melancholiam abigij, præcipue in mulierculis, ac obsessis.

(2) Pal-modecca, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 21.

Folis cum aqua oryzae trita linimentum cephalicum perhibent, pro balneo adhibita febres cavant algidas.

(3) Motta-mo lecca, *Ricco Hort. Mal. VIII t. 22.*

Planta oleo incocta, phthisicis opitalatur: ex cortice radice mellis permixto linctus contra tussim præparatur.

(4) Orela-modecca, *Ricco Hort. Mal. VIII t. 23.*

Oleum per infusionem cephalicam est; cum butyro concocta planta hæmorrhoides sanat: foliorum succus partem faciliat.

XXXVI. CUCURBITACEÆ.

TRICOSANTHES NERVIFOLIA, *Linna. ; Fl. Br. Ind. II 609 ;* Toti—Piri, Schorn-Pada valam *Ricco Hort. Mal. VIII t. 16. 17.*

Goinj, *Konk.*

Ex foliis et alio medicamento conficitur erianum, pro morbo comitali. Ex succo foliorum et oleo Zil-Ela linimentum præparatur, quo maniacorum tempora summo cum successu perantantur. Ex eodem succo cum pipere longo, zinzibere et *auripigmato* pilule conficiuntur, oculis immitendæ, pro virulento serpentis morsa. Cortex fructus cum succo foliorum levigatus, in alienatione mentis, pro suffragio adhibetur, funiculo laneo in illis tumisso.

T. CUCUMERINA, *Linna. ; Fl. Br. Ind. II 609 ; Rozb. Fl. Ind. III. 702.*—Padavalam *Ricco Hort. Mal. VIII. t. 15.*

Ponli, *Konk. ;* Sabina, *Port.*

Decoctum cum saccharo sumptum, digestionem confert, tormina intestinorum, ac alios ventris doloris sedat, phlegmata expectant, pectoris angustiam tollit; febres minuit, hæmores attemperat, vermes enecat. Succus expressus idem præstat et vomitum provocat. Radicis succus ad quantitatem duarum unciarum epotus, valde purgativus est, in ipsa accessione febrium quotidianarum ac quartanarum ex pituita provenientium, frigus vel dimittit vel in totum tollit, per vomitum scilicet: stipes in decocto

datus phlegmati expectorando conducit: fructus quoque modo sumpti tumores expellant.

LAGENARIA VULGARIS, *Srijae*: *F. Br. Ind.* II 613; Cucurbita Lagenaria; *Roxb. Fl. Ind.* III 718 (1). Bela schora, *Riende Hort. Mal* VIII t. 1 e 4.

Gara-Judih Miro dulin, *Konk.*; Abobra branca, *Port.*

Succus cum momento curmini sumptus, spontaneam lassitudinem, ac debilem tollit respirationem: foliorum decoctum cum saccharo lictis prodest. Per totam hanc plantam crescit Malabarium in hortis excolitur et comeditur, florens tempore pluviali.

(2) Caipa-schora, *Riende Hort. Ind. Mal* VIII t. 5.

Kuliva-dulin, *Konk.*; Abobra calabasa, *Port.*

Succus foliorum cum tantillo Moschati ractum abigit: medulla fructus immaturi trita et cum aqua oculi sumpta vomitum promovet, pectoris angustiam tollit, pregnantibus prodest, capitis dolorem tollit, prolezione adhibita animi deliquium tollit; cum seminibus trita phlegmata evacuat.

LUFFA ACUTANGULA, *Roxb.*; *F. Br. Ind.* II 615; *Roxb. Fl. Ind.* II 713—Picinna, *Riende Hort. Mal.* VIII t. 7.

Gomsil, *Konk.*; Patulus, *Port.*

Radix decocta choleram reprimit, pituitam expurgat, et tumorem ventris tollit: fructus cum illorum medulla ad ponlus 3j. in aqua maturata et assumpta vomitum provocat: ex seminibus oleum contra impetiginem distillatur.

BENINCASA CERIFERA, *Seri*; *Fl. Br. Ind.* II 613; Cucurbita Pepo, *Roxb. Fl. Ind.* III 718. Cumbulam, *Riende Hort. Mal.* VIII t. 3.

Kunivali, *Konk.*; Abobra d'agua, *Port.*

Tener hic frutex venenosus est, maturus e contra alexipharmacum: in febre e dida assiam, ac tussi cum lacte, nec non in arboribus pectoris,

manuum ac pedum, si nempe fructus in conserva dentur; idem triti et cum butyro sumpti vertiginem sedant et appetitum promovent: semina trita et mixta cum oleo *Schergelim* pro dysuria adhibentur.

MOMORDICA CHARANTIA, *Linn*; *Fl. Br. Ind.* II 616; *Rozb. Fl. Ind.* III 707—(1) Paudi-Pavel, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 9.

Vhadoli kãretì, *Konk.*; Folha amargoseira, com fructa grande *Port.*

Integra planta cum *Nala-Tirtava*, cinamomo ac pipere longo trita, atque aquæ orizæ oleoque *Marotti* mixta unguentum suppeditat contra psoram, scabiem, papulas, aliosque morbos cutaneos. Folia cum aqua calida epota lumbricos enecant. Succus pruriginem abigit. Tota planta cum floribus spinæ, curcuma viridi, gingibere sicco, pipere longo, aliisque una pulverisata, oleo *Marotti* tinctorum et candente ferro levigata, oleum fundunt, quo psora, pruritus, impetigo, imo ipsa lepra, liniendo tollitur; simplex ejusdem pulvis, lepræ atque ulceribus malignis obsistit.

(2) Pavel, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 10.

Karetì, *Konk.*

Planta in pulverem redacta, admixtis nigri cumini seminibus sale assa-fœtida zinzibere sicco, pipere longo ac melle in pilulas formatis, ventris lancinationes et tormina sedant, flatus dissipant. Cum cortice *Pantsji* et quatuor specibus *Alu* in aqua langæ contusa, additoque limonis succo calefacta, insigne præbet gargarisma pro aphthâs. Cum immatura curcuma et sicco zinzibere si succus extrahatur, cum succo limonum, tosto pulveratoque cucumi semine ac saccharo candido permixtus, tussim sedat, phlegmata expectorat, et claram reddit vocem.

M. DIOICA, *Rozb.*; *Fl. Br. Ind.* II 617; *Rozb. Fl. Ind.* III 709—(1) Erima-pavel, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 12.

Papãli; Phãglini, *Konk.*; Tindalica spinosa, *Port.*

Planta hæc vere cephalica est, nam cum nucæ Indicæ, pipere cinnab: mercurii, sandalo rubro, vel denique *Mattengu-Panna-Schelengu* et floribus *Neli* trita, aqua oryzæ permixta, et in formam linimenti redacta, omnes capitis sistit dolores.

(2) Bem-pavel, *Rheede Hort. Ind. Mal.* VIII t. 18.

Dádulo-papáli, *Konk.* ; Trepadeira de fula triste do dia, *Port.*

Planta cum cortice *Mucicu, sandalo*, nigre testudines concha, ac aqua orizæ trita, linimentum suppeditat, abscessus maturans et resolvens ; si vero absque maturatione resolvere quis satagat, aquam Langæ, apium ac sandalum coctum addere oportet.

CUCUMIS TRIGONUS, *Roxb* ; *Fl. Br. Ind.* II 619 ; *Roxb, Fl. Ind.* II 722—Ballia-mucca-piri, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 11.

Kaḍayi tovasini, *Kariciti Konk.* ; Tindalica, *Port.*

Foliorum succus expressus et ad quantitatem unius unoisæ sumptus, omne venenum, ac dolores ex flatibus abortos tollit ; in unctione adhibitus humores discutit. Fructus triti ac lacte vaccino permixti vel etiam cocti, phrenosin sedant, memoriã confortant, vertiginem tollunt, capiti apositi et colligati ; tota planta, cum *Palmodoca* trita et in butyro decocta, idem præstat.

C. SATIVUS *Linu* ; *Fl. Br. Ind.* II 620 ; *Roxb. Fl. Ind.* III 720—Mullen-belleri, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 6.

Tavasini, *Konk.* ; Pepino do mato, *Pepineira, Port.*

Fructus cucumeri formibus majoris generis ac spinosis ; uno verbo, *Cucumis sylvestris*. Hujus cum palmæ sylvestris tenera folia, cum tosto cumini pulvere in aqua decocta, difficili ac sibilanti respirationi, et impedite deglutationi medentur. Succus cum oleo *Sergilim*, et tosto cumini semine haustus, vel cum *Feribili* temporibus illitus, respirandi difficultatem ex ictu vel lapsu levat.

CEPHALANDRA INDICA, *Naud.* ; *Fl. Br. Ind.* II 621 ; *Momordica monadelpha Roxb. Fl. Ind.* III 708—Covel, *Rheede Hort. Mal.* VIII t. 14.

Temḍil, *Konk.* ; Tendali comprido, *Port.*

Integra planta cum radice *Ela-Calli* ac cumini pulvere cocta, gonorrhæam sistit, si febris adsit ac bilis orgasmus, adduntur Sacchari rubri ac flores *Neli* cum aqua orizæ ; Folia cum recenti butyro contusa, in formam linimenti adhibita, exanthemata tollunt. Succus ex *Pudu*

Kelengi, floribus *Neli* et hac planta expressus cephalicam et præordiorum astum mitigat; cum saccharo sumptus bilem refrenat, radix in aqua decocta idem facit.

CUCURBITA MOSCHATA, *Duchesia*; *Fl. Br. Ind.* II 622; *C. melopepo*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 710—*Selaakiri-schora*, *Raccol. Hort. Mal.* VIII. t. 2.

Palita-kalli dadiat, *Konk.*; Abobra guinea, *Port.*

Succus cum momento *Murchati*, debilitatem et corporis languorem auferat. Inter edulia habetur et ubique invenitur.

BRYONIA LACINIOSA, *Lour.*; *Fl. Br. Ind.* II 622; *Roxb. Fl. Ind.* III 728—*Nehococcka*, *Raccol. Hort. Mal.* VIII t. 19.

Kaamquli, *Konk.*; Nola, *Port.*

Foliorum succus cum lacte vaccino epotus, bilem temperat: cum aqua *Lauje*, oleo *Sergolim* et tosti cuminæ pulvere febribus medetur: cum melle et saccharo, apprimè conveniens remedium est contra febra, tussim, abessans, internos flatus; cum aqua rubra *Lauje* respirandi difficultatem minuit, dentes firmat, flatas discutit.

MUKIA SCABRELLA, *Ara.*; *Fl. Br. Ind.* II 623; *Bryonia scabrella*, *Roxb. Fl. Ind.* II 724.—*Mucca-piri*, *Raccol. Hort. Mal.* VIII t. 13.

Deva tovasini, *Konk.*

Semina in decocto data coleram sedant per sudores et urinam, dysuriam, gonorrhæam sistunt, educulos infuigunt. Succus expressus et cum aqua rosacea ad lito panillo *Mosenti* assumptus, flatus dissipat; radice decoctum idem præstat: quas per se masticata, dentium dolores asbet.

ZEHNERIA UMBELLATA, *Thavates*; *Fl. Br. Ind.* II 625; *Momordica umbellata*, *Roxb. Fl. Ind.* III 710—*Karivi-valli*, *Raccol. Hort. Mal.* VIII t. 26.

Goiinjini, *Konk.*

Integra planta cum foliis *Muricu*, radice *Bel-atalambu*, aqua ac bi-

tyro recenti trita, abscessus aperit. Ex hujus ac *Cobeli* foliis succus elicitor, qui oryza aqua, et pulvis seminis, quilibet eorum ad alia venivitas et exhibitus, sanguinem ac purulentum in arteriis cum extractione, sanguineumque lotium sanat. Ejusdem et *Pakla-Kellera* radix cum pulvere fractus *Canina* sapor trita, moriturum temperibus sanans cum fructu illinitur; eadem cum *Assam-candula* aqua incisa ac cum butyro et lacte mixta conferit in gonorrhoea, dysuria, pituita morbo, de qua supra, veneno, ulisque ex adu'so bili nobis malis: pro soli gonorrhoea conducit ejusdem pulvis cum sandalo, radice *Mulleaga*, lacte, saccharoque commixtus.

ZANONIA INDICA. *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II 635; *Penrvali*, *Rheede Hort. Mal.* 47—49.

Pená-vel *Konk.*; Fracta bandoliera, *P. d.*

Ex foliis tritis balneum preparatur adversus corporis aetate, nervorum contractionem, minores abscessus atque carbunculos. Ex hisdem cum vaccino lacte ac recenti butyro linimentum antispasmodicum conficitur.

XXXVII. BEGONIACEÆ.

BEGONIA ROXBURGHII, *A. D. C.*; *Fl. Fr. Ind.* II 635; *B. malabarica*, *Roxb. Fl.* II 648—*Tajeria-natinum-pali*, *Rheede Hort. Mal.* IX t. 86.

Ámbeli, *Konk.*

Indigena hac planta, excepta radice, utantur in concoctione *Caril*. Folia oleo incocta, linimentum supeditant vulnerarium: ex hisdem calefactis, addito sale fit nodulus, pro putridis purulentisque inserviens dentibus.

XXXVIII. FICOIDEÆ.

MOLLUGO SPERGULA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* II 612; *Phar-naccum Mollugo*, *Roxb. Fl. Ind.* II 102—*Kaipa-tajira*, *Rheede Hort. Mal.* X t. 24.

Kafvat bhájt, *Konk.*

Succus cum zinzibere, pipere ac sale epotus, dolores ventris *Hemiguimao* incolis dictos, mitigat.

M. STRICTA Linn.; *Fl. Br. Ind.* II 663; *M. triphylla* Roxb. *Fl. Ind.* I 360—Tajeru-jongonam-pullu, *Rheede Hort. Mal.* X t. 26.

Járiasi, *Konk.*

Succus vino permixtus, tridui spatii bis de die assumptus, variolas expellit, febrem concomitantem minuit.

XXXIX. UMBELLIFERÆ.

HYDROCOTYLE ASIATICA, Linn.; *Fl. Br. Ind.* II 669; *Roxb. Fl. Ind.* II 88—Cadagen, *Rheede Hort. Mal.* X t. 46.

Ekpáni, Umdri, *Konk.*; Hortelá brava indiana, *Port.*

Semina contrita ac lacte acido assumpta vertiginem sedat; cum lacte acidospisso, Tays dicto, dysenteriam sistit; in aqua decocta febris calidæ ut et doloribus capitis molestat.

XL. CORNACEÆ.

ALANGIUM, LAMARCKII, *Thwaites*; *Fl. Br. Ind.* II 741; *A. hexapetalum*, *Fl. Br. Ind.* II 502—(1) Angolam, *Rheede Hort. Mal.* IV t. 17.

Angolam, *Konk.*; Espinho sancto, *Port.*

Insaper succus ex arboris radice expressus, et exhibitus vcrmes necat, nec non biliosos ac pituitosos humores per alvum expurgat, et aquas hydropicorum ducit. Radicis pulvis exhibitus antidotum habetur venenatis morsibus serpentum aliorumque venenatorum animalium.

(2) Kara angolam, *Rheede Hort. Mal.* IV t. 26.

Namidú, *Konk.*; Espinho sancto bravo, *Port.*

Ex arboris foliis cum oleo coctis unguentum conficitur vulnerarium. Radix cataractica est humoresque serosos ac pituitosos per alvum educit. Fructus autem raro comeduntur, quoniam impensè sanguinem calefaciunt.

XLI. RUBIACEÆ.

NAUCLEA PURPUREA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* III 26; *Roxb. Fl. Ind.* I 515—Katon-Tsjaka, *Rheede Hort. Mal.* III t. 26.

Dhavo paças *Konk.*; Jaqueira falsa, *Port.*

E fructibus expressus succus ventris cruciatus mitigat.

DENTELLA REPENS, *Forst.*; *Fl. Br. Ind.* III 42; *Roxb. Fl. Ind.* I 532—Tsjeru-manneli, *Rheede Hort. Mal.* IX t. 39.

Ját, *Konk.*

Integra planta excepta radice, pulverisata et in sero lactis cum æragine contrita, pedum clavos eradicat: idem pulvis cum medico Piperis et Glycirrhizæ succo ex aqua calida propinatur, vel cum recenti butyro exhibetur tussî (Lusitanis *Coccola de Garganta*) laborantibus.

HEDYOTIS FRUTICOSA, *Linn.*; *Fl. Br. Ind.* III 49—Pontaletsje, *Rheede Hort. Mal.* IV t. 57.

Basoti, *Konk.*; Ihta, *Port.*

Ex arboris foliis in lacte coctis potus paratur, qui somnum prohibet, nec non Lethargo, aliove soporoso affectu laborantibus prodest. E foliis, floribus, cortice, radice, aliisque ejus partibus in aqua coctis balneum fit, epilepsie, aliisque spasmodicis affectibus curandis utile.

H. AURICULARIA, *Linn.*; *Fl. Br. Ind.* III 58; *Roxb. Fl. Ind.* I 365—Muriguti, *Rheede Hort. Mal.* X t. 32.

Gâi-mâri, *Konk.*

Folia trita et butyro permixta unguentum exhibent abressivum maturans et aperientia. Crocus si addatur, et cum oleo nucis Indicæ coquatur vulnere sanat; vulnere enim energia, et nomine et re, huic

planta competit : *Muriguti* enim tantundem dicit ac *bedesana*.

OLDELANDIA CORYMBOSA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* III 64 ;
O. lifora, *Roxb.* *Fl. Ind.* I 425—Parpadagam, *Rheeds Hort. Mal.* X.
t. 35.

Cum sandalo citrino in aqua et melle trita, spozema ex hac planta
contra arden'tes, additoque campho et *Tjajaisaijan*, adversus spasmo-
dicas elicitur febris.

MUSCENDA FRONDOZA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* III 83 ; *Roxb.*
Fl. Ind. I 557—Belilla, *Rheeds Hort. Mal.* II t. 18.

Sravadi, kirabli, *Konk.*

Radix in decocto data hepatis refrigerando humoribusque pituitosis
expurgandis commola. Eadem trita cum aqua et praeparata corporis
dolorem sedat, oclorumque rubredinem tollit iis applicata ; eadem di-
gesta et decocta in oleo profluens ebibitur ab infantibus pro pustulis in
ore, ad quod etiam servit decoctum corticis in oleo intus sumptum.
Foliorum decoctorum suavis seu vapor partium externarum dolorem
in iis exceptus sedat ; succus foliorum et fructuum simul oculis iulias
nubeculam seu etiam pelliculam visum obtundentem tollit.

WEBERA CORYMBOSA, *Willd.* ; *Fl. Br. Ind.* III 102 ; *Roxb.*
Fl. Ind. I 696—Cupi, *Rheeds Hort. Mal.* II t. 23.

Citá-Mataki, *Konk.* ;

Folia et fructus simul triti et permixti cum lacte mulieris ad pu-
erionem partium affectarum pustulis natis in pedum et digitorum ar-
ticulis adhibentur.

RANDIA MALABARICA, *Lamk.* ; *Fl. Br. Ind.* III 111 ; Po-
soqueria fragrans, *Roxb.* *Fl. Ind.* I 717—Ben-kara, *Rheeds Hort. Mal.*
V t. 35.

Gáli, Báboali, *Konk.* ; Espinho d'urso, *Port.*

Arboris radix siccata, in pulverem redacta, et exhibita, foetum mortuum, ac secundinas post partum in utero relictas expellit, nec non menstrua obstructa provocat. Fructus immaturi diarrhoeam compescunt, et nimium mensium fluxum imminuunt.

GUETTARDA SPECIOSA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* III 126; *Roxb. Fl. Ind.* II 686—Rava-Pon, *Rheede Hort. Mal.* IV t. 47, 43.

Marotnia, *Koek*; Fala bordão, Arvore triste de dia, *Port.*

E foliis hujus arboris in aqua coctis potus conficitur, qui mulieribus parturientibus exhibitus, partum accelerare dicitur. Cortex in pulverem redactus, et alceribus inspersus luxuriantem ac fungosam carnem exciunt et tollit.

B. BUXIFOLIA, *Linn.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 483; *Roxb. Br. Ind.* III. 37.—Cara-Schullii, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 47.

Rana-Gomold, *Konk.*

Tumoribus resolvendis, si in pulverem per ignem redacta ac aceto permixta adhibeatur, in perunctionem corporis. In pulverem trita ac mixta cum potu expresso ex *Ténga* seu palmito Indico et dicto *Surie* apostematibus maturandis ac aperiendis servit. Radix in decocto data urinam suppressam movet. Ejus decoctam addito momento oryzae proficue datur pro tumore ventris. Foliorum quoque decoctum cum momento oryzae intus sumptam membris tumefactis extenuandis commodum.

ASTYASIA COBOMANDALIANA, *Nees.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 493; *Ruellia Zeylanica*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 42.—Valli-upu-dali, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 45.

Adhibetur haec planta in concoctione *Solis Nitri*.

ANDROGRAPHIS PANICULATA, *Nees.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 501; *Justicia paniculata*, *Roxb. Fl. Ind.* I. 117.—Cara-carinam, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 56.

Boin-caro, Kirayateh, *Konk.*

Tota planta cum infusione oryzae macerata morui virulento serpentis, Copm Capella, dicti, medetur, epota nempe, quod et peruncta praestat.

A. ECHIOIDES, *Nees.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 505; *Justicia echioides*, *Roxb. Fl. Ind.* I. 118.—Pus-tumba, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 46.

Butumbo, *Konk.*

Folia contrita alexipharmacum sunt, adversus rabidi canis toxicum, extrinsecus nempe adhibita. Succus specificum prodest in algidis febribus.

JUSTICIA BRETONICA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 525; *Roxb. Fl. Ind.* I. 128.—Bem-curini, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 21.

Davó-Poksó, *Konk.*

Radix in decocto data servit pro febribus ac capitis corporisque malis affectionibus. Folia fricta in oleo dein contrita ulceribus sanandis applicantur.

J. GENDARUSSA, *Lin. f.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 532; *Roxb. Fl. Ind.* I. 128.—Vadu-kodi, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 42.

Káló-adulasso, *Konk.*

Foliorum succus semini sinapi admixtus emetica virtute asthmati adversatur. Ex iisdem balneum conficitur, vel si sacculus ex illis consatur, et admixto sale nigro incalescat, egregium in articulari morbo remedium suppeditat.

ADHATODA VASICA, *Nees.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 540; *Justicia Adhatoda*, *Roxb. Fl. Ind.* I. 126.—Adel-odogam, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 43.

Adulaso, Áçãso, *Konk.*

Foliorum energia in asthmate lunari, tussi, sanguinis sputo atque atrophis elucescit, si cum aqua calida trita propinentur; si vero in manipulum coligata affecto loco calidè applicentur, vel pro suffragio adhibeantur, in arthritide. Ex foliis simul et radice parum testis succus extrahitur antiasthmaticus.

RHINACANTHUS COMMUNIS, *Nees*; *Fl. Br. Ind.* IV, 541; *Justicia nasuta*, *Roxb. Fl. Ind.* I. 120.—*Pul-colli*, *Rheede Hort. Mol.* IX. t. 63.

Dādumári, *Konk.*

Folia laevigata impetiginem, psoram scabiemque tollunt.

ECBOLIUM LINSEBANUM, *Kurz*; *Fl. Br. Ind.* IV, 544; *Justicia ecbolium*, *Roxb. Fl. Ind.* I. 114.—*Carim curini*, *Rheede Hort. Mol.* II. t. 20.

Poksó, *Konk.*

Radix decocta et sumpta servit pro doloribus arthriticis; decocta cum oleo et butyro vires adauget; eadem trita et cum oleo de sirgelim data mitigandis podagrae doloribus confert; decoctum ex radice et foliis epotum frangit calculos; eadem quoque virtute sunt Folia contusa et simpliciter colligata super ventre. Succus ex foliis extractus servit pro calculo. Folia in decocto data in dysuria prosunt; eadem epota in aqua calida in tussi et doloribus calculi conducunt, quam etiam virtutem habent si cum aqua calida ad perunctionem ventris adhibeantur.

LXII. VERBENACEÆ.

LIPPIA NODIFLORA, *Rich.*; *Fl. Br. Ind.* IV, 563.—*Ana-colupa*, *Rheede Hort. Mol.* X. t. 47.

Ádali, *Konk.*

Morbo medetur sacro, si succus cum momento piperis triti bibatur; qui solus ictum virulentam serpentis *Cobra-Copella* frustra facit.

CALLICARPA LANATA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* IV, 567; *Roxb. Fl. Ind.* I. 391.—*Tondi teregam*, *Rheede Hort. Mol.* IV, t. 60.

Tondi karvat, *Ainoar, Konk.*; *Folhas da raspa* (micho) *Port.*

Ex arboris foliis in lactis acro cortis fit oris collatio pro aphthis. Et cortice, et radice in aqua decoctis Apozema conficitur, quod acrum febrem temperat, hepatis obstructions reserat, nec non hepati, vesicæ, similibusque affectibus medetur.

TECYONA GRANDIS, *Linna. f.: Fl. Br. Ind. IV. 570; Roxb. Fl. Br. Ind. I. 600.*—*Theka, Rheede Hort. Mal. IV. t. 27.*

Sáilo, *Konk.*; Tecca, *Port.*

Lignum vero hujus arboris, quercino ligno, haud absimile, operi fabрили accommodatum, atque Naupegis ad navium fabricam in usu est; sed in aquis (praesertim dulcibus) teredini facile obnoxium: gentiles, nescio qua superstitione ducti, hoc solum modo ligno sua vel construant vel reparant templa. Et reulit Princeps Calicolan, se integrum templum ex nucis hujusmodi arbore aedificari curasse.

E foliis tenerioribus purpureus conficitur color, quo panni sericei et gossypini tinguntur. Etiam tenera haec foliosa in deliciis indigenae comedunt: ex iisque coctis cum saccharo syrupus fit, qui aphthis medetur. Ex floribus cum melle coctis medicamentum paratur, quod assumptum aquas hydropicorum educit. Radix siccata, contusa, et in pulverem redacta, sicque exhibita, sanguinem ex casu alicubi concretum dissolvit. E fructibus tenerioribus contusis unguentum conficitur, theriaci sanando perquam utile.

PREMNA INTEGRIFOLIA, *Linna.: Fl. Br. Ind. IV. 574; P. spinosa, Roxb. Fl. Ind. III. 77.*—*Appel, Rheede Hort. Mal. I. 4. 53.*

Coro-Nirvoloe, Khári Nivoli, *Konk.*

Totius plantae virtus inservit pro capitis totiusque corporis doloribus, si cum ejus decocto caput et corpus abluatur, atque eadem modo servit pro doloribus arthriticis, succus ex plantae decocto extractus et saccharo conditus optime in medicamentis usurpatur, quae pro affectione nulla ex causis frigidis oborta dantur. Radix contrita et epota cum aqua hienteric commoda, cum salsa et marina cocta sedat dolores podagrae parti affectae applicata. Cortex contritus et minutus cum melle etiam valet ad hientericam sistendam cataplasmate facto. Folia dolores ventris pectorisque ex flatibus obortis mitigant ac solvant in decocto data. In febre frigida proficuum est decoctum ex foliis cum pipere trito et ebibitum, vel si cum decocto foliorum lotio instituat. Oleum ex radice, seu potius ejus corticibus extractum prodest etiam pro febre frigida, uti et doloribus ventris flatibusque discutit unctum in partibus affectis.

GIELINA AUREA, *Linna.: Fl. Br. Ind. IV. 581; Roxb. Fl. Ind.*

III 84.—Couschi, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 41.

Shivanni, Sivan, *Koek.*

Radix in decocto data ventri tumefacto exterminando servit. Eadem juvat in podagra facta perunctione.

VITEX TRIPOLIA, *Lin. f.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 583; *Roxb. Fl. Ind.* III. 69.—Cava-nosi, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 11.

Negunda, Liángud, *Koek.*

Radix dolores podagrarum sedat trita et cum aqua calida facta perunctione; in decocto data flatas pellit. Folia trita et in aqua calida epota serviunt pro febre frigida; foliorum decoctorum vapor exceptus dolores ventris mitigat.

V. NEGUNDO, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 583; *Roxb. Fl. Ind.* III. 70.—Bem-nosi, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 12.

Negunda, Liángud, *Koek.*

Radix in decocto data corporis tumorem tollit, enecatque vermes in ventre, exsiccaturque phlegmaticam temperamentum. Foliorum mansorum halitus nubeculam tollit oculo affecto in flatibus si summo mane adhibeatur; eadem folia cum radice plantae parva trita in aqua oryzae ulcera facta unctione sanant. Folia teneta cum pipere et in globulos formata iis ad duo vel trita initio febris paroxysmi sumptis eam tollunt; foliorum succus expressus capillos auget capitis facta perunctione.

V. ALATA, *Heyne*; *Fl. Br. Ind.* IV. 584—Mail-Elon, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 1.

Davi-rinjá, *Koek.*; Carilha, *Port.*

Lignum arboris opere fabrilis accommodatum. Ex foliis et cortice contusis, ac in oryzae infuso coctis apozem conficitur, quod doloribus post partum potenter medetur, nec non sesquidiam in utero relictas expellit, et lochia expurgat. Idem insuper viris pariter et mulieribus praeter modum crassis et obesitas exhiberi solet pro ipso, ut sensum attenuentur ac gracilescent. Succus e viridi cortice, cum mature nucis Indicas lacte expressus et exhibitus diarrhoeam sanat, ac colicis do-

res tollit. Ex hujus arboris, uti et *Paal-valli* ramulis tenerioribus simul contosis, et in aqua coctis Balneum fit contra febres inveteratas arthriticam, et quoscumque artuum dolores.

V. LENCXYLON, *Linn. f.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 587 ; *Roxb. Fl. Ind.* III. 74.—*Kariil Rheede Hort. Mal.* IV. t. 36.

Zulico, *Kook.* ; *Satiráo* ; *Port.*

Ex radice, foliis, fructibus, aliisque hujus arboris partibus in aqua coctis balneum paratur, quibuscumque articularum doloribus tollendis utilissimum.

CLERODENDRON INERME, *Gaertn.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 589 ; *Roxb. Fl. Ind.* III. 58.—*Nür-Notsjül, Rheede Hort. Mal.* V. t. 49.

Negrúnd, Cirita mari, *Kook.* ; *Nochil, Port.*

Arboris folia siccata, in pulverem redacta, ac exhibita quotidie cum saccharo et oryzae infuso lusu Veneream sanare fertur. Ex eisdem foliis coctis et pistatis cum ovi vitello cataplasma paratur, quod bubonibus inguinum venereis impositum potenter eis prodesse statuunt. Ex foliis et radicibus in aqua coctis Balneum fit, quod phrenitidi, Maniæ, aliisque cephalicis affectibus perquam utile censetur. Ex radice in oleo cocta linimentum conficitur antiarthriticum.

C. SERRATUM, *Spreng.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 592 ; *Volkameria serrata, Roxb. Fl. Ind.* III. 62.—*Tsjerou-Theka, Rheede Hort. Mal.* IV. t. 29.

Douda-Sáilo, *Kook.* ; *Tecca cressa, Port.*

Ex arboris foliis oleo butyroque incoctis unguentum conficitur, quod Cephalalgia, Ophthalmia et aurium tinnitui medetur. Ex radice cum zinzibere et coriandri semine aqua incocta Apozema conficitur, quod exhibitum alimentorum in ventriculo fermentationem potenter juvat, et nauseam sanat. Fructus contusi et in lacte ebutyrato cocti, vel infusi alvum movent, et aquas hydropticorum ducunt.

C. INFORTUNATUM, *Gaert.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 594 ; *Volkameria infortunata, Roxb. Fl. Ind.* III. 59.—*Peraga, Rheede Hort. Mal.* II. t. 25.

Sáikiló, *Konk.*

Radix proficua est pro lienteria et intestinorum torméntibus et dolore colico in lacte acido vel etiam vino data. Eadem in pulverem redacta ad pustularum exicationem confert. Foliorum succus epotas lumbricos in ventre enecat.

AVICENNIA OFFICINALIS, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 604; *A. tomentosa*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 88.—Oepata, *Rheede Hort. Mal.* IV. t. 45.

Kámdoln, Oepotí, *Konk.*; *Salgueira, Port.*

E cineribus hujus arboris ligni acris salsis lixivium conficitur, quo lotrices utuntur ad pannos gossypinos elucidos et extergendos: Etiam pictores lixivium hoc coloribus admiscere solent, ut picturis adherere firmius queant. Fractum Nuclei in Edulis *Caril* ab Indigenis expectantur, amaritudine per diuinam macerationem, et coctionem in aqua communi sublata. Insuper e fructibus hisce viridibus, cum foliis *Adamboc* coctis, et addito butyro contusis Cataplasma fit, quod tumoribus impositum potenter eos emollit et maturat: eundem in fluxu Cataplasma hoc variolis et morbillis imponi solet, ut citius vel maturentur, vel discutiantur

LXIII. LABIATÆ,

✦ OCIMUM BASILICUM, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 608; *Roxb. Fl. Ind.* III. 17.—*Saladi-tirtava*, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 87.

Bhúnnya-túlsi, *Konk.*

Vires eadem ut ille *cattu-tirtava* (*O. gratissimum*).

O. GRATISSIMUM, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 608; *Roxb. Fl. Ind.* III. 17.—*Cattu-tirtava*, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 86.

Rán-túlsi, *Konk.*

Balneum ex decocto præparatur pro doloribus ventris. Radix decocta feбри medetur pituitosæ: oleum e radice extractum periorale est, ciborum concoctionem promouet, corruptionem jecoris impedit, urinam ciet, confertque in stranguria, podagra, pleuritide, phlegmaticæ ac pituitosæ humores expurgat, flatu dissipat, circa tempora unctus et.

pitis sedat dolores.

O. SANCTUM, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 609; *Roxb. Fl. Ind.* III. 14.
—Nala-tirtava, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 85.

Tálsi, *Konk.*

Flores in decocto dati, addita *Copa* feбри medentur calidæ; cum seminibus sèmul triti, addita aqua rosacea et momento Muscati, flatus dissipant.

GENOSPORUM PROSTRATUM, *Benth.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 610.—Kattatumba, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 92.

Bhūmya-tūsi, *Konk.*

Oleo frixa, et aurium orbi perfusa, intolerabiles capitis sedat dolores.

ANISOCHILUS CARNOSUS, *Wall.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 627; *Plectranthus atrobiliferus*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 28.—Kattu-kurka, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 90.

Saikilo (?) Sujro hōrtelāmva, *Konk.*

Universale corporis linimentum ex hac planta, cum sacco corticis lānjæ levigata, conficitur ad inhibendum virus serpentis, Malabaribus *Palega* dicti si vero veneno infectum corpus ita infletur ac aestuet, ut extra vasa exsiliat, infessus ex decoctione hujus plantæ adhibetur.

PAGOSTEMON PANICULATUS, *Benth.*; *Fl. Br. Ind.* IV. 631.—Manam-podam, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 65.

Odis ut et tota planta grati et aromati.

P. PATCHOULI, *Pelletier*; *Fl. Br. Ind.* IV. 633.—Cotam, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 77.

Pāth, *Konk.*; Patchuli, *Port.*

Radix trita et aqua mixta lavamentum præstat adversus oris tumores et pustulas. Folia flores et fructus contrita et oleo permixti linimentum perhibent contra tumores.

ANISOMELES OVATA, Br.; *Fl. Br. Ind.* IV. 672; A disticha, Roxb. *Fl. Ind.* III. 2.—Tsjadaen, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 88.

Tsjalo, *Lonk.*

Integra planta, excepta radice, pro balneo adversus frigidam adhibetur febris, inservit et sive in potu vel balneo, cum universali, tum cephalico, simul pro mania. In aqua decocta oris praestat collutionem, quae infantum tollit aptas.

A. MALABARICA, Br.; *Fl. Br. Ind.* IV. 673; Ajuga fruticosa, Roxb. *Fl. Ind.* III. 1.—Carim-tumba, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 93.

Kal-tumbo, *Konk.*

Succus addito tantillo sacchari jagra dieti phlegmata ejicit. Decoctum antiarthriticum est, si corpus eo lavetur; flores eundem in finem condiuntur.

LEUCAS ASPERA, Spreng.; *Fl. Br. Ind.* IV. 690; Phlomis esculenta, Roxb. *Fl. Ind.* III. 10.—Tumba, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 91.

Tumbo, *Konk.*

Oleo incocta scabiem sanat; succus vermes in ulceribus enecat; cum calce morsui medetur canis; naribus immixtus dolores sedat capitis; radix in decocto data lepram tollit; radices masticatae, vel etiam foliorum morsorum halitus, nubeculam tollit.

LXIV. NYCTAGINEÆ.

MIRABILIS JALAPA, Linn.—Audi Malleri, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 75.

Endrana, Meremdt, *Konk.*; Maravilha de Perú, *Port.*

Floribus gentiles in ceremoniis utuntur.

BOERHAAVIA REPENS, Linn.; *Fl. Br. Ind.* IV. 700; B.

procumbens, *Roxb. Fl. Ind. I. 146.*—Talu-dama, *Rheede Hort. Mal. VII. t. 56.*

Punárnává, *Konk.*; Folhas do pitão, *Port.*

Decoctum hujus plantæ, febres ex endemicis morbo ortas quem indigenæ *Pitão* vocant, tollit. Radicis cortex cum camino et sero lactis pro potu adhibitas alvum laxat.

LXV. AMARANTACEÆ.

CYATHULA PROSTRATA, *Blume.*; *Fl. Br. Ind. IV. 723*; *Achyranthes prostrata, Roxb. Fl. Ind. I. 674.*—Scheru-cadelari, *Rheede Hort. Mal. X. t. 79.*

Dacolo-cante-mogaro, *Dákṭi káṣṭi mogri, Konk.*

Contrita et oleo permixta, urinam corrigit purulentam, reliquæ virtutes ut illæ *Cadelari.*

PUPALIA ATROPURPUREA, *Mog.*; *Fl. Br. Ind. IV. 723*; *Achyranthes lappacea, Roxb. Fl. Br. Ind. I. 673.*—Wellia-coddirieli, *Rheede Hort. Mal. X. t. 59.*

Citia-cuvadi, *Konk.*

Cum sero lactis trita radix anti-hæmorrhoidalis est; ejusdem pulvis intestinorum laucinationibus inhibet et medetur.

ACHYRANTHES ASPERA, *Linn.*; *Fl. Br. Ind. IV. 730*; *Roxb. Fl. Ind. I. 672.*—Cadelari, *Rheede Hort. Mal. X. t. 78.*

Kante-mogri, *Konk.*

Radix cathartica est; trita et cum *butyro* decocta dysenteriae medetur; decoctam ex illa præparatum stomachum confortat, flatus dissipat, plegmata corrigit, calculos vesicæ infringit; brachio alligata antifebrilis est, modo intermittentes aint et cum frigore invadentes: trita et cum mero assumpta calculosis prodest, urivam ciet, præcipue in hy-

dropicis ; cum limone trita impetigibes, tumores sub maxilla et sub mento obortos abigit : semina trita et naribus inmissa capitis sedant dolorem.

ALTERNANTHERA SESSILES, *Br.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 731 ; *Achyranthes triandra*, *Rorb. Fl. Ind.* I. 168.—*Coluppa*, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 11.

Coipa, *Konk.*

Trita et capiti inflata illius dolores mitigat cum momento butyri aque *rosace* et *muschati* assumpta flatibus dissipandis inservit ; succus expressus et cum aqua calida epotus ventris dolores et flatus dissipat : radix trita, cum cunino et saccharo mixta, et pro ratione morbi vel cum lacte, vel aqua *Coqui Indice*, vel lacte acido sumpta, præcipue virium conservationi vel etiam reparationi confert.

GOMPHRENA GLOBOSA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* IV. 732 ; *Rorb. Fl. Ind.* II. 63.—*Wadapa*, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 37.

Goindo, *Bûtaiva*, *Konk.*

Tussim et comitem præcordiorum fanciumque dolorem leniunt hujus folia, cum *Sandalo-Citrino* ex aqua epota.

(2) *Min-angani*, *Rheede Hort. Mal.* IX. t. 72.

Matsjadada, *Bûtaiva*, *Konk.*

In butyro cum aliis antinephriticis concoquitur, et sumente alienaria pro potu exhibetur.

LXVI. CHENOPODIACEÆ.

BASELLA RUBRA, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 20 ; *B. alba*, *Rorb. Fl. Ind.* II. 104.—*Basella*, *Rheede Hort. Mal.* VII. t. 24.

Wali, *vâicht-bhâji*, *Konk.* ; *Bredo-tala*, *Port.*

Lignum cum foliis tritum carbunculos aperit ; inter edulia habetur ; colitur in hortis.

LXVII. POLYGONACEÆ.

POLYGONUM ORIENTALE, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* V. 30; *P. smænum*, *Roxb. Fl. Ind.* II. 286.—Beluta-modela-muccu, *Rheede Hort. Mal.* XII. t. 76.

Davi-simsori-tonda, *Konk.*

Contrita et in lacte acido data, intestinorum tormina lenit.

P. GLABRUM, *Willd.*; *Fl. Br. Ind.* V. 34; *Roxb. Fl. Ind.* II. 287.—(1) Schovanna-modela-muccu, *Rheede Hort. Mal.* XII. t. 77.

Têm'ili-simsori-tonda, *Konk.*

Decocta cum oleo linimentum præstat antiarthriticum. Radix cum aqua calida assumpta ventrem expurgat: foliorum decoctum in lacte acido datum, tumores ventris detumescere facit.

(2) Beluta-modela-muccu, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 80.

Simsori, *Konk.*

Totius plantæ, si radicem excipias, succus cum oleo *Sergelim* decoctus, linimentum præstat cephalicum, etiam in narium hæmorrhagia applicandum. Tenera folia cum oryzæ lotura in potiuçulam redacta, humorem, *Paddave* dictum minuit.

LXVIII. ARISTOLOCHIACEÆ.

BRAGANTINA WALLICHII, *Br.*; *Fl. Br. Ind.* V. 73.—Alpam, *Rheede Hort. Mal.* VI. t. 28.

Apámá, Pachioç, *Konk.*; Fructa tirilha, *Porç.*

Quodcumque hujus fructicis cum oleo in unguentum redegeris vel posam, vetustissimæque valet ulcera. Foliorum succus cum calamo aromatico contra serpentum exhibetur venenum. Speciatim vero reguli serpentis (Coltra Capella) venenæ resistit ex limonis contrita succo, in nodulum ligata naribusque pro errhino immessa. Ejusdem juniois colubri infringitur virus eadem radice cum vaccino lacte propinata: quem

in finem etiam cataplasmata é calamo aromatico atque hac radice confecta adhibentur.

ARISTOLOCHIA INDICA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 75; *Rarb. Fl. Ind.* III, 499—*Carcloe-regon*, *Rheede Hort. Mal.* VIII, t. 35,

Sapoessi, Sápûa, *Konk.*; Aterlusi, *Port.*

Decoctum hujus plantæ cum oleo pro linimento adhibitus venenatam serpentum sanat morsum. Radix trita cum aqua sumpta, vel in decocto data, idem præstat febres frigidas, dolores capitis, ventrem tumefactum ac dyssuriam sistit; pro lotione usurpata dolores podagricos sedat; pulvis cum pipere trito et aqua calida exhibitus fluxum sanguinis sistit.

LXIX. PIPERACEÆ,

PIPER LONGUM, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 83; *Rarb. Fl. Ind.* I, 154.—*Cattu-tirgali*, *Rheede Hort. Mal.* VII, t. 14,

Bipali, Pipli, *Konk.*; *Pimenta longa*, *Port.*

Piper tritum affectibus oculorum et febribus intermittentibus inservit.

P. BEETLE, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 83; *Rarb. Fl. Ind.* I, 158.—*Bectla-codi*, *Rheede Hort. Mal.* VII, t. 15.

Beetla, Kháinchitá-púnáin *Konk.*; *Betel*, *Port.*

Per totam Indiam supra oryzam et frumentum comeditar, ac maxima cum cura excolitur,

P. NIGRUM, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 90; *Rarb. Fl. Ind.* I, 150.—*Molago-codi*, *Rheede Hort. Mal.* VII, t. 12.

Miri, Mirvel, *Konk.*; *Pimenta*, *Pimenta redonda*, *Port.*

Tota hæc planta in pulverem redacta ac cum butyro cocta, pustulis aurium confert. Radix trita et in aqua communi decocta, pro lavamento oris adhibetur, catarrhus enim et gingivæ affectus tollit. Fractus tritus cum aqua calida sumptus, febrî ardenti in morbo sacro

medetur ; dolores ventris ac flatus discontit, podagram tollit. Oleum ex pipere destillatum, tenue est, valde clarum et flavesceus, levem piperis odorem spirans, saporis parum acris.

LXX. MYRISTICÆ.

MYRISTICA MALABARICA, *Lamk.*; *Fl. Br. Ind. V.* 103.—Panem-Palka, *Rheede Hort. Mal. V. t. 5.*

Ambadeki, Palka Rân jâiphal, *Konk.*; Noz de Molucca falsa, *Port.*

Porro folia in edulis sunt : succus é foliis expressus, et cum oleo palmæ in unguenti consistentiâ coctus, scabiem sanat si eo pars affecta ungetur. Nuclei fructuum in pulvere rediguntur, isque diarrhæam sanat si cum fimo caprino, saccharo, et lacte ebutyrato mixtus exhibeatur ; si vero cum zinzibere et succo limonum sumatur, tenesmo medetur ; urinæ humanæ si admisceatur quibuscumque venenis antidotum est ; cum vino si propinetur, colicam passionem sanat ; cum aqua mixtus et exhibitus, vel foris applicatus hæmorrhoidum dolores placat ; tandem cum lacte muliebri epotus vomitum excitat, nec non icterum, aliosque morbos biliosos curat, at oculis adhibitus eorum affectibus cogducit.

LXXI. LAURINÆ.

CINNAMOMUM INERS, *Rein.* ; *Fl. Br. Ind. V.* 130 ; *Laurus nitida*, *Rozb. Fl. Ind.* III.300 —Katon-karna, *Rheede Hort. Mal. V. t. 53.*

Davo Bahena Tiqui, Tamala patra, *Konk.*; Canella do mato, *Port.*

Ex arboris foliis in aqua coctis balneum fit contra quoscumque articulorum dolores. Ex radice cortice cum cardamomo et nucis moschate in aqua cocta potus conficitur, qui ad ventris tormina sedanda valde laudatur.

C. MACROCAPUM, *Hook. f.*; *Fl. Br. Ind. V.* 133.—Carna, *Rheede Hort. Mal. I. t. 57.*

Tiqui, Tikht *Konk.*

Radiceis cortex in decocto datus vel in pulvere cum molle seu saccharo servit pro tussi et phlegmate expurgando. Idem contritus et permixtus cum aqua confert in podagra facta perunctione. Cortex Scipitum in decocto datus flatu quoque discutit. Idem in pulvere datus cum aqua calida dolores ventris sedat fluxumque ex frigore abortum sistit. Foliorum succus cum pipere et saccharo datus pro doloribus ventris et renum flatulenta materia servit; folia in pulvere data cum saccharo conferunt in vertigine capitis, uti et flores in pulvere cum saccharo et aqua frigida dati. Oleum quod ex cortice radiceis cum sale volatili, Camphora dicto, per distillationem simul extrahitur: insignium et multarum est virium; optimè confert in omnibus affectibus paralyticis exterius in tempore applicatum: in podagra summum ac presentaneum remedium; vehementes partium affectarum dolores illico sedans iis inunctum, ad quod etiam confert intus sumptum; in asthmate aliisque affectibus pulmonaribus sanandis intus sumptum etiam maxime confert, uti et malignitatem febrium corrigendam, atque sudorem pellens in gangraena et sphacelo aliisque ulceribus malignis optimè quoque prodest, juvatque etiam pro impetiginibus, doloribusque artuum, ventris, oculorum; nec non tumoribus membrorum ex frigidis et pituitosis humoribus abortis; praeterea in pedum contusione ut et vulneribus sensum partium stupefactum reparans; prodestque in rheumate seu fluxu capitis; ejus odor qui illico ex titillatione ac sternutationem, quam rheuma, ciet, sistit; in flatibus discutiendis quoque efficax est intus sumptum; appetitum quoque excitat ac calculosis prodest, suntque hae virtutes intra breve tempus, que illud oleum à nobis distillatum, ad usum medicum adhibitum, propriâ experientiâ compertae et sine dubio plures indies se prodent, estque hoc oleum in Nasocomio nostro medicamentum maximè catholicum. Camphora servit in affectibus uterinis da provocanda menstrua, sudores quoque ciet usurpaturque etiam loco Camphorae communis. Oleum cinnamomi puta Corticis arboris confert in affectibus ventriculi, in torminibus ventris à frigore ortis. Aqua cinnamomi cardiaca. Oleum ex foliis prodest in Colica exterius applicatum, summum remedium paralyticis, eorum aqua conducit in affectionibus cardiacis frigidis, daturque in potionibus sudoriferis. Aqua Florum Cinnamomi distillata cardiaca. Oleum ex fructibus decoctum usurpatur in doloribus artuum.

MACHILUS MACRANTHA, Nees; Fl. Br. Ind. V. 146.—Kat-

Kandelo, *Rheede Hort. Mal. V. t. 13.*

Kandelo, *Konk.* ; Avore de pao salgado, *Salgueira; Port.*

Cum arboris foliis agri stercoreantur. Etiam ex iisdem tenerioribus in oryza intuso coctis, oris collatio fit, aphthis curandis summe utilis.

CASSYTHA PILIFORMIS, *Linna.* ; *Fl. Br. Ind. V. 188* ; *Roxb. Fl. Ind. II. 314.*—Acatja-valli, *Rheede Hort. Mal. VI. t. 44.*

Medica-tali, *Konk.* ; Ramos da sebe, *Port.*

Integra planta cum zinzibere exsiccato, et *Nirvale-Pulli* tosta, pulverisata, et butyro mixta, inveterata ulcera mundificat. Cum oleo *Sergelim* capiti illita capillorum radices firmat ; cum cortice *Arckere* et *Tsjangelam-Parendi*, tosta pulverisata et opio mixta capitis ulceribus medetur ; cum *Cardamomo*, lacteo et oleo *Sergelim* ad liquidam consistentiam redacta, capitis aestum tollit. Succus cum saccharo oculorum ardorem et suffusionem amovet ; per se loco balnei adhibitus hemieranium mitigat.

LXXII. LORANTHACEÆ.

LORANTHUS LONGIFLORUS, *Desrouss.* ; *Fl. Br. Ind. V. 214* ; *L. bicolor, Roxb. Fl. Ind. I. 548, II. 185.*—Belatta-itti canni, *Rheede Hort. Mal. X. t. 4 (3).*

Planta hæc trita et aqua oryzae incocta, incantamenta frustra facit, si fides habenda incolta.

L. ELASTICUS, Desrouss. ; *Fl. Br. Ind. V. 216.*—Valli-itti canni, *Rheede Hort. Mal. X. t. 3 (4).*

Cortex fructuum cum lotura oryzae tritus oedematosos extenuat pedes.

L. LONICEROIDES, Linna. ; *Fl. Br. Ind. V. 221.*—Itti-canni, *Rheede Hort. Mal. VII. t. 39.*

Medecanni, *Konk.* ; Fula monrisca, *Port.*

Radiceis cortex dentes figit.

LXXIII. SANTALACEÆ.

SCLEROPYRUM WALLICHIANUM, *Arn.*; *Fl. Br. Ind.* V. 284.—Idou-Moulli, *Rheede Hort. Mal.* IV. t. 18.

Elasticanto, *Konk.*; Pereira dos diabos, *Port.*

At vero ex arboris, ejusque radicis cortice, nec non floribus, fructibus, nucleisve, variis modis remedia præparantur ad Maniam, phrenitidem, similesque affectus cephalicos. Adhuc è cortice in aqua communi decoctio fit, que icterum hydropem, aliosque chronicos morbos potenter sanat. Radicis cortex cum santalo rubro in pulverem redactus, ex eoque cum lacte muliebris cataplasma confectum, ac inguinibus impositum bubonibus venereis medetur.

LXXIV. EUPHORBIACEÆ.

EUPHORBIA HYPERICIFOLIA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* V. 249; *E. parviflora*, *Rozb. Fl. Ind.* II. 472.—Nir-cottam-pala, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 51.

Integra hæc planta cum aqua *Lavje* exhibitâ mixturem sanat cruentam: foliorum succus colicum sedat dolorem.

E. THYMIFOLIA, *Burm.*; *Fl. Br. Ind.* V. 252; *Rozb. Fl. Ind.* II. 473.—Caicotten-pala, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 33

Dûdini, *Konk.*

In lacte acido data intestinorum tormina sedat, cum aqua decocta et pro lotionè adhibita, capitis dolores mitigat.

E. TIRUCALLI, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* V. 254; *Rozb. Fl. Ind.* II. 470.—Tiru-calli, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 44.

Portugâl-Nivuli, *Konk.*

Radix in decocto data servit pro doloribus ventris; lac ejus cum butyro decoctam purgativum est, viribus quoque cum *Schadiki-calli* est isidem.

E. NIVULIA, *Ham.*; *Fl. Br. Ind.* V. 255; *E. nereifolia*, *Rozb.*

Br. Ind. II. 467.—Ela-Calli, *Rheede Hort. Mal. II. t. 43.*

Nivuli, *Konk.*

Radiciæ cortex tritus et epotus in aqua in qua oriza cocta et lota est, servit pro hydropse, estque medicamen valde lenes; ejus lac cum butyro in quo decoctum est datum blande et leniter purgat ventrem. Folia ad ignem calefacta urinam provocant; eorundem decocti fumus seu vapor exceptus doloribus corporis seu membrorum mitigandis ac pelleudis confert. Succus ex foliis calefactis seu parum tostis expressus et auribus in litus eorum dolores sedat, idemque oculis instillatus ocalorum nubecule tollendæ confert, quin et in lotione corporis prodest pro pudendis tumefactis.

E. ANTIQUORUM, *Linu.*; *Fl. Br. Ind. V. 255*; *Rozb. Fl. Ind. II. 468.*—Schadida-Calli, *Rheede Hort. Mal. II. t. 42.*

Pâda-Nivuli, *Konk.*

Ex radice addito paucillo assæ-fætidæ vulgo *Hinc* emplastrum præparatur quod ventri pærorum pro lumbricis commode super imponitur. Cortex radiciæ contritus et sumptus cum aqua purgativus est. Lignum ejus contritum et decoctum cum aqua juvat in doloribus Podagræ si ejus fumus seu vapor excipiatur in parte affecta.

BRIDELIA STIPULARIS, *Blume*; *Fl. Br. Ind. V. 270*; *B. scandens, Rozb. Fl. Ind. III. 736.*—Scherunam Cottiam, *Rheede Hort. Mal. II. t. 16.*

Phâtarphadi, *Konk.*

Foliorum decoctorum vapor ore exceptus dentium dolorem mitigat, et vermiculos in dentibus enecat.

PHYLLANTHUS RETICULATUS, *Poir.*; *Fl. Br. Ind. V. 288*; *P. multiflorus, Rozb. Fl. Ind. III. 664.*—Niruri vel Nirpulla, *Rheede Hort. Mal. X. t. 27.*

Pâna-poi, *Konk.*

Singulæ partes cum pipere longo ac cumino in aqua decoctæ catharrosæ adversantur tussi et febribus eam comitantibus. Folia vel radix

in aqua oryzae cataplasmatibus consistentiam redacta, tumores oedematosos immanuunt. Radix trita et cum lacte vaccino butyro recenti ac melle in epithema confecta et lateri affecto applicata *pleuritidi* medetur; ejusdem *cortex* vel etiam ipsa *radix* foliave in ebutyrato lacte cocta phlegma eliciunt. Ex eodem cortice in oleo decocto linimentum adaptur anti-oedematosum: admixto sale in aqua oryzae apozema exhibet anti-pleuriticam.

P. EMBLICA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind. V.* 289; *Roxb. Fl. Ind.* III. 671.—Nili-camarum, *Rhede Hort. Mal.* I. t. 33.

Añváli, *Konk.*

Decocta in aqua servit pro morbis endemicis. Folia ejus tenera et in lacte acido epota conferunt fluxui dysenterico. Fructus exsiccati et in pulvere cum lacte acido spisso dicto *Tage* dati quoque in dysenteria prosunt. Iidem in decocto dati proficui sunt pro febre calida, uti et pro ardore pectoris, cum saccharo decocti et epoti vertiginem capitis sedant. Aqua quæ ex fructibus distillatur, epota ardori jecoris restinguendo convenit.

P. NIRURI, *Linna.*; *Fl. Br. Ind. V.* 298; *Roxb. Fl. Ind.* III. 259—Kirganeli, *Rhede Hort. Mal.* X. t. 18.

Buján-añváli, *Konk.*

Folia una cum radice trita, apostemata resolvunt; sola, ulceras mundant; in oleo Nucis Indicæ fixa vulnera sanant; radix paucis aliis ejusdem energis, additis et in pulverem redactis tussientibus et rheumaticis prodest; cum alio trita, testicularum exacerationes mundificat et consolidat; et contra dysenteriam oppositissimam remedia est.

P. DISTICHUS, *Muell.*; *Fl. Br. Ind. V.* 304; P. longifolius, *Roxb. Fl. Ind.* III. 672.—Nelli-Paali seu Biliabi, *Rhede Hort. Mal.* III. t. 47, 48.

Añváli, Rojãñváli, *Konk.*; Cheramela, *Port.*

Radix hujus arboris cum semine sinapi et cumini contusa, atque exhibita vomitum dicit, alvumque movet ut vero cum fructu tamarelongæ se usurpetur, nimium alvum fluxum compescit, et dyspepsiam

sanat. E foliis cum aqua communi decoctum conficitur, quod adorem⁸ movet, ac variolas expellit. Ex iisdem etiam cum croco Malabarico (quem *Morayo Cosa* indigenae vocant) in aqua decoctis balneum fit, quod quibuscumque membrorum doloribus potenter moleatur. Ipsi autem fructus summoopere refrigerant, atque ideo ad sitim ingentem in febris continua compescendam perquam utile sunt.

BREYNIA PATENS, *Benth.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 329 ; *Phyllanthus patens*, *Rosb. Fl. Ind.* III. 667.—*Perin Nirouri*, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 43.

Paja, *Poem*, *Konk.* ; *Fructa da trindade* *Port.*

Cæterum ex arboris foliis, fructibus et radicibus in aqua cum piperone longo et cumini semine coctis potus conficitur, qui in asthmate, tussi, pthisi, similibusque pulmonis affectibus valdè commendatur. Folia cum cortice oryzae infuso cocta, et in cataplasmaticis formam redacta, ac tumoribus imposita, potenter eos maturare fertur. Ex arboris cortice cum lacte, melle, et butyro cocto balsamus paratur, quem intus sumptam pleuritidem sanare dicunt.

B. RHAMNOIDES, *Muell.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 330 ; *Phyllanthus Vitis-idaea*, *Rosb. Fl. Ind.* III. 665.—*Tejeria Nirouri*, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 44.

Pana-poja, *Pân-poch*, *Konk.* ; *Folhas de dentes*, *Port.*

Ex arboris foliis in aqua communi coctis oris collutio conficitur, ad erosas gingivas sanandas, dentesque vacillantes roborandos. Ex foliis cum fructibus, cortice et radice coctis [Balneum fit antearthriticum. Ex radice cortice cum pipere longo, et zinzibere cocto potus paratur, qui ad ventriculorum roborandum, pituitosos humores incidendos et attenuandos summe utilis perhibetur.

PUTRANJIVA ROXBURGHII, *Wall.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 336 ; *Nugelia putranjiva*, *Rosb. Fl. Ind.* III. 766.—*Pongolam*, *Rheede Hort. Mal.* VII. t. 59,

Samana, *Konk.* ; *Raiz da mostarda*, *Port.*

Uusus hujus plante in medicina magnus est, calefacit enim, exsie-

cat, discutit omnia vitia ex frigore orta, ut et humores pituitosos ac febres.

ANTIDESMA BUNIUS, Spreng. ; *Fl. Br. Ind.* V. 358 ; *Stilago Bunus*, Roxb. *Fl. Ind.* III. 758.—Noeli-tali, *Rheede Hort. Mal.* IV. t. 50.

Bestram, Konk. ; Cordocira, Port.

Porro ex arboris hujus cortice, haud secus ac è cannabe, funes texuntur. Fractus in deliciis comeduntur, lique impensè refrigerant, uti Berberes. Folia antidotum habentur morsui Colubæ HERSTIMANDEL Malabarensibus dicti ; cujus morsu homines quidem non statim intereunt, sed interim totius corporis carnes corrumuntur, computrescunt, decidunt, tandemque post tot miseris debitum naturæ persolvunt ; nisi utantur potu, qui ex foliis hisce cum salito mangæ fractu in aqua coctis conficitur.

CROTON TIGLIUM, Linn. ; *Fl. Br. Ind.* V. 393 ; *Roxb. Fl. Ind.* III. 682.—Cadel-Avanaca, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 33.

Japala, Jempál, Konk. ; Croton tiglio, Port.

Folia trita et cum aqua epota purgativa sunt ; pro morsu serpentis dicti *Cobra Capella* juvant si in pulverem trita vulnere indantur ; eadem cum foliis *Pandi avanacu* et floribus *schem-pariti* in melle permixta pro capitis pustulis serviant facta unctio ; unum fractus seorsum sumptum usum purgandi obtinet, si tritum in aqua propinetur.

CLAOXYLON MERCURIALIS, *Thecaitos.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 412 ; *Tragia mercurialis*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 576.—Pec-cupamoni, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 82.

Sapor ut *Acalypha Indica*.

ACALYPHA PANICULATA *Miquel* ; *Fl. Br. Ind.* V. 415.—Welia-cupamoni, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 83.

Masaru, Konk.

Cum prioribus ex omni parte convenit. Integræ hujus plantæ partes in nodulum obligatas, infusæ parti calide applicatæ, venenum, cucurbitularum instar, extrahunt ; eandem ob causam foliorum pulvis

in aqua oryzae levigatus temporibus fricando applicatur. Succus oleo sergelim permixtus, erysipelati medetur, hæmorrhoidibus, ventris cruciatibus, Malabaribus *guinæo* dictis.

A. INDICA, *Linna* ; *Fl. Br. Ind.* V. 416, *Roxb. Fl. Ed.* III. 675.—Cupameni, *Rheede Hort. Mal.* X. t. 81.

Maserasesade, *Konk.*

Succus cum oleo decoctus; linimentum est anti-arthriticum, dolores à luc venerea exortos tollit, ut et impetigines; cum calce permixtus idem in morbis præstat cutaneis. Radix trita et cum aqua calide assumpta cathartica est. Folia trita et cum aqua epota ventrem laxant, illorum decoctum auribus imissum earundem mitigat dolorem.

TREWIA NUDIFLORA, *Linna* ; *Fl. Br. Ind.* V. 423; *Roxb. Fl. Ind.* III. 837.—Cumbulu, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 42.

Bon-varò, *Konk.*

Radix in decocto data addito paucillo oryzae prodest in febre symptomatologica, comitante podagram seu dolorem arthriticum. Eadem dita in lacte acido vel in oleo *Schirchelin* proficua est pro flatibus et dolore thoracis. Radicis cortex contritus et in aqua decoctus juvat in febre frigida, idem contritus et per tostionem in pulverem redactus servit in podagra facta peruncione partis affectæ. In lacte acido datus intestinorum sedat tormina, ad quod etiam confert succus foliorum epocus.

MALLOTUS REPANDUS, *Muell.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 442; *Rottlera tricocea*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 829.—Watta-tali, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 33 (?)

Comâñi, *Konk.* ; Folhas da minta, *Port.*

Arboris folia cum viridi tabaco et oryzae infuso trita, ac ulceribus inveteratis et verminosos imposita, potenter iis medetur. Ex iisdem foliis in aqua coctis balneum paratur adversus febriles febres. E floribus et fructibus contusis, et in nodulam colligatis, lactique maliebrici incoctis conficitur errhinum, quod algidis febribus moderi fertur.

M. PHILIPPINENSIS, *Muell.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 442; *Rottlera tinctoria*, *Roxb. Fl. Ind.* II. 827.—(1) Ponnagam, *Rheede Hort. Mal.*

V. t. 21.

Beyisa, *Konk.* ; Arola, *Port.*

Ex arboris foliis et fructibus cum melle contusis cataplasma paratur, quod ictibus ac morsibus serpentum, aliorumque venenatorum animalium impositam, eos potenter sanat. Similiter radix trita, et castipiasmatjs forinā locis contusis imposita, sanguinem coagulatum dissolvit, et contusionses curat.

(2) Pee-Ponagam, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 24.

Sonbenisa, *Konk.* ; Arola pennachoso, *Port.*

Ex radice et foliorum succo cum melle cocto linimentum paratur, potentissimum adversus venenatorum animalium ictus, morsive praesidium. Idem praestat balneum, quod ex foliis hisce cum allio decoctis conficitur.

RICINUS COMMUNIS, *Linn.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 457 ; *Rozb. Fl. Ind.* III. 689.—(1) Avanacoe seu Citavanacu, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 457.

Eranda, *Konk.* ; Carrapateiro, *Port.*

Radix dolores ex flatibus in visceribus obortis levat in decocto data, atque hoc pacto si per dies aliquot sumatur pedum tumorem tollit, uti et rennum dolorem ac ventris ; nec minus ejus decoctum juvat pro tympanitide et asthmaticis et igne sacro uti et in podagra. Folia trita et capiti apposita ejus dolorem sedant ; eadem super igne tosta in podagra servinut parti affectae applicata, quin et foliorum decoctorum vapor exceptus in parte affecta proficius ; urinae cursum promovet si cum ejus decocto balneum instituantur. Fructus purgativi sunt si in pulverem frixi cum Saccharo dentur semina rennum dolorem mitigant, si trita e regione partis affectae apponantur. Oleum ex seminibus expressum purgativum est ; quod etiam cum lacte dulci epotum purgat, ac doloribus ventris sistendis confert ; juvat etiam in doloribus corporis olei perunctio.

(2) Pandi-Avanacu, *Rheede Hort. Mal.* II. 60.

Vhadolo-Eranda, *Konk.*

Cohibet vomitum si cortex ejus ex collo suspendatur.

TRAGIA INVOLUCRATA, *Linn.* ; *Fl. Br. Ind. V.* 465.—Schorigenam, *Rheede Hort. Mal. II. t.* 39.

Pita-Gásureuli, Pitha-Khathkhúthli, *Konk.*

Radix prodest in febre ex pituita oborta in modum annuli imposita pedum digitis, succus ex ea expressus ac in lacte vaccæ cum saccharo epotus conducit in febre ossium ac servit pro prurita corporis. Radix in decocto data trinitam suppressam movet. Lignum cum fructibus contritum vulnere inflictio ex cauda spinosa piscis *Ráye* ad ejus sanationem inditur.

SAPIUM INDICUM, *Willd.* ; *Fl. Br. Ind. V.* 471 ; *Rozb. Fl. Ind. III.* 692.—Bengiein, *Rheede Hort. Mal. IV. t.* 51.

Girimaso, *Konk.* ; Nilica d'inferno, *Port.*

Contrita et pulverisata hujus arboris folia ulceribus insperguntur ad fungosam, luxuriantemque carnem tollendam. Eodem folia concisa, et cum bubali fascibus in nodulo consuta, ac calefacta convulsis et spasma affectis partibus utiliter applicantur.

EXCÆCARIA AGALLOCHA, *Linn.* ; *Fl. Br. Ind. V.* 472.—(1) Cammetti, *Rheede Hort. Mal. V. t.* 45.

Ouro, uro, *Konk.* ; Guarda-olhos, *Port.*

Ex arboris foliis in aqua coctis balneum conficitur antiarthriticum. Eodem decocto si ulcera antiqua et verminosa laventur, vermes necantur, ac ulcera potenter mundantur. Ex lacteo arboris succo et pulvere carcapule pilulæ fiunt, quæ in hydrope miris laudibus extolluntur.

(2) Amuetti, *Rheede Hort. Mal. V. t.* 54.

Ana daliqui, vro, *Konk.* ; Querilhas macho, *Port.*

Ex arboris radice in aqua cocta apozema conficitur, quod assumptum, salivum laxat, nec non hepatis, lienisque obstructions potenter aperit. Follis Tengam arborem fricant Iudi, ubi rami sunt abscissi, ut hoc modo potum *Zuri* dictum elicere queant; de quo potus genere in parte primâ latius actum est.

SEBASTIANA CHAMÆLEA, *Musl.*; *Fl. Br. Ind.* V. 475; *Tragia chamælea*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 577—Codi Avanaca, *Rhede Hort. Mol.* X. t. 34

Boin-Erañda, Bhumbya erañda, *Kook.*

Totius plantæ succus cum vino epotus fluxui sistente proficuum; idem cum oleo coctus proficue bibitur ad vires debiles reparandas; oleum quod ex tota planta paratur capitis ablationi commodum ad ejus vertiginem tollendam et cerebro confortandum.

LXXV. URTICACEÆ.

CANNABIS SATIVA, *Lin.*; *Fl. Br. Ind.* V. 487; *Roxb. Fl. Ind.* III. 772—(1) Kalengi-causjava, *Rhede Hort. Mol.* X. t. 60.

Bāngi, *Kook.*; Canbamo, *Port.*

Folia insolata et in pulverem redacta diarrhoeam sistunt, stomachi debilitatem emendant, morbumque endemium *Pitoo* dictam sanant. bilem temperant: qui etiā pulvis, *Nectiani* loco fumatus, inebriat; cum illo vero commixtus et in suffragium adhibitus herniis medetur. Comesta folia geniale semen, in concubitu, inhibent, auripigmenti viri enervant. Flores ejusdem sunt virtutis, qui aliis corroborantibus permixti, trochiscorum forma, ad genitalium partium corroboracionem exhibentur.

(2) Tsjeru-causjava, *Rhede Hort. Mol.* X. 61.

Tsjada-bāngi, *Kook.*

Utriusque folia largius comesta mentem movent ac vi inebrianti pollent, in mascula vero vehementiori. Fructus et semina à *Milou* rianis expetuntur.

STREBULUS ASPER, *Low.*; *Fl. Br. Ind.* V. 489; *Trophis aspera*, *Roxb. Fl. Ind.* III. 761.—Tindli-pura, *Rhede Hort. Mol.* I. t. 45

Pavañi, Khāroto, *Kook.*

Ejus decoctum in lotionis corporis servit pro febre calida. Rola

confert pro morbo sacro et cum aqua oryzæ in lotionè adhibita. Eadem trita apostematis apponitur : folia decocta proficua sunt pro doloribus quibuscumque parte affecta cum iis linita ; eodem quoque modo juvant in puerperis

FICUS GIBBOSA, *Blume.*; *Fl. Br. Ind.* V. 496 ; *F. excelsa*, *Rorb. Fl. Ind.* III. 552.—Attî-Meer-Alon, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 58. ?

Rouka-Pârai, *Konk.* ; Arvore da raiz ladrão, *Port.*

Ex arboris hujus radice decoctum fit, hepar obstructum potenter aperiens ; eodemque si os colluatur præstantissimum evadit adversus quoscumque oris affectus remedium : foliorum succus febribus medetur ardentibus. Fructus quoscumque alvi fluxus sistit.

F. BENGALENSIS, *Linn.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 499 ; *F. Indica*, *Rorb. Fl. Ind.* III. 539.—Per alu, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 28 (27).

Vadhô, vhad, *Konk.* ; Arvore da gralha, *Port.*

Liquor radicum seu filamentorum quæ ex ramis deorsum pendent, cum aqua simpliciter potus, vel in decocto datus mitigat dolorem febrilem purificatque hepar et sanguinem. Cortex arboris tritus proficuus est pro morbo sacro parti affectæ appositus. Ablutio corporis cum corticis decocto in febre confert.

F. MYSORENSIS, *Heyne.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 500.—Katou-Alon, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 57.

Donio-vadhu, Gôl, *Konk.* ; Raizeira vidroada, *Port.*

Ex arboris cortice in aqua decocto conficitur oris collutio, quæ aphthas maturat et absterget, nec non dentes vacillantes firmat : idem decoctum potum renes expurgat, et urinam ducit. Insuper ex eadem cortice cum cancri pedibus in oleo cocto Balsamum paratur, quod auribus instillatum earum exulcerationes sanat, nec non tinnitum et surditatem tollit. Denique ex radice et arboris cortice simul coctis Balneum fit, quod curandæ lepræ, nec non quibuscumque artuum doloribus mitigandis mirificè conducit.

F. RETUSA, *Linn.* ; *Fl. Br. Ind.* V. 511 ; *F. Benjamin* t, *Rorb.*

Fl. Ind. III. 550.—(1) Ittialu, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 26.

Arôca-Gáli, Naindrúka, *Kook.*; Figueira de Gôa, *Port.*

Cortex arboris tritus ac in lacte per pannum exprimendo datus vertigini capitis sedandæ confert. Ulceribus curandis prodest foliorum decoctum cum oleo, si cum eo corpus perungatur; habet quoque hæc easdem vires cum prima, dictis modis, quibus illa usurpata.

(2) Itta-Arealon, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 55.

Donadeke-goli, Naindrúka, *Kook.*; Arvore da raiz menor, *Port.*

Ex arboris hujus cortice, radice et foliis in oleo decoctis Balsamum paratur vulnerarium. Ex cortice in lacte ebutyrato cocto fit oris collutio, quæ aphthas absterget, flaccidas et esosas gingivas sanat, nec non vacillantes dentes firmat.

F. RELIGIOSA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 513; *Rarb. Fl. Ind.* II. 447.—Arealu, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 27 (28).

Pipalòe, Piápala, *Kook.*; Figueira dos pagoles, Pimpollo, *Port.*

Radicis cortex in decocto datus coleræ acrimonium obtundit et sanguinem purificat. estque in febribus fixis et radicalis præsidis. Cortex arboris ad ulcerum sanationem conducit tritus et appositus, ac cum aqua eodem modo adhibitus prodest pro morbo sacro. Succus foliorum expressus, ac cum oleo decoctus, conducit in febre podagrica corpore cum eo peruncto.

F. TJAKELA, *Burm.*; *Fl. Br. Ind.* V. 514.—Tsjakela, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 64.

Porro ex arboris cortice peculiari artificio Chorda torquentur, quibus arcus tenduntur. Nec non color paratur rubicundus, quo vestimenta *panos de Cambaya* ipsis diota, tinguntur. Cæterum arbor hæc eodem habet in Medicina usus ac *Alu Alu* (F. glomerata).

F. TSIELA, *Rarb.*; *Fl. Br. Ind.* V. 515; *Rarb. Fl. Ind.* III. 549.—Tajela, *Rheede Hort. Mal.* III. t. 63.

Asonaton, Kela, Pipri, *Kook.*; Moseguciro, *Port.*

Ex arboris hujus radicis cortice cum pipere longo in aqua communi decoctam paratur, quod tussi inveteratæ, aliisque pulmonis affectibus medetur. Lactens e radice et fructibus expressus succus efficax in oculorum vitiiis remedium est.

F. HETEROPHYLLA, *Linna.*; *Fl. Br. Ind.* V. 518; *Roxb. Fl. Ind.* III. 583.—Valli-Teregam, *Rheede Hort. Mal.* II. t. 62.

Caravatti-valli, Kharvainta-vel, *Kook.*; Arvore de raspa perigosa, *Port.*

Succus e radice expressus et assumptus alvi cruciatus lenit: similiter e foliis cum lacte dulci contusus expressus succus dysenteriam curat. Radicis cortex cum coriandri semine in pulverem redactus et exhibitus, tussi, asthmathi, similibusque thoracis affectibus medetur.

F. ASPERRIMA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* V. 522; *Roxb. Fl. Ind.* III. 554.—Teregam, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 60.

Caravatti, Karvainta, *Kook.*; Arvore de raspa. *Port.*

Folia hujus arboris usurpantur ad scrimia, ac quæcumque lignea cornea, stannæ, et argentea vasa fricanda, atque scabritie suâ polienda ac læviganda, quam ob causam Malabarensibus *Terega*, Lusitanis *folhas de raspa*, Belgis *Rijc-blasteren* nuncupantur. Radix cum aceto e nucæ Indica confecto contusa, et mane jejuno ventriculo assumpta visceram ardorem compescit. Fructus itidem impensè refrigerant.

F. CUNIA, *Haw.*; *Fl. Br. Ind.* V. 523; *Roxb. Fl. Ind.* III. 561.—Perin Teregam, *Rheede Hort. Mal.* V. t. 61.

Meri Caravatti, *Kook.*; Arvore da raspa maior, *Port.*

Fructus contusi usurpantur ad aphthas: insuper ex iisdem in lacte caprino coctis potus conficitur, qui hepatis obstructioni ejusdem que scyrrho potenter medetur: etiam ex fructibus hisce cum arboris cortice in aqua coctis Balneum fit, quod endemicis corporis maculis leprosis tollendis conducit.

F. GLOMERATA, *Roxb.*; *Fl. Br. Ind.* V. 535; *Roxb. Fl. Ind.* III. 558.—Atti-ala, *Rheede Hort. Mal.* I. t. 25.

Roendudoc, Rundud, *Kook.*

Radix decoctum aquatum servit ad purificandum sanguinem et caput, repulsiōne coloris acrimoniae; ejusdem decoctio succus ex-
 stillatus quae in vase supposito excipitur, etiam hepatis male affecto con-
 venit, conferente illis quae venas habent solutas et fissas. Cortex ac-
